

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Ioannis Reuchlin ... De Arte Cabalistica Libri Tres Leoni X. Dicati**

**Reuchlin, Johannes**

**Hagenau, 1517**

Liber tertivs

[urn:nbn:de:bsz:31-271787](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-271787)

**P**ost ubi digressi lumēq; obscura uicissim Luna p̄mit suadētq; cadētia  
 sydera sōnos, ambo soluūt ī soporē, p̄missa adhortatiōe alteri⁹ erga al  
 terū ne ultra primū mane obdormiscerēt, exp̄ge faciēdos igit̄ fore curarūt  
 Et postero die dū de more īduūt, interea meminerūt ei⁹ diuersorū Caupo  
 nis uerba lōga & uaria q̄b⁹ ad hesternas epulas hospitib⁹ recēsuert̄ fuisse  
 q̄sdā sup̄iori die a romana curia Frācofordiā missas p̄positiōes & cōclusi  
 ones, cōtra īhibitionē aplicam ab Astaroto q̄dā fictas et cōcinnatas aduer  
 sus Io. Reuchlin, prop̄t libros nō cōburēdos iā plus q̄nquēnio crudeles p̄  
 secutiōes īnocēter ac sil̄aio forti & īfracto passum, p̄ forib⁹ sapiētīe actē  
 plorū uestibulis Romę affixas, & mox ī lutū sterco & cœnū ibi p̄iectas &  
 cōculatas iustis ex causis, tū q̄a p̄ter Sūmi Pōtificis uolūtātē & absq; reue  
 rēdissimorū iudicū noticia corā q̄b⁹ ea lis post Astaroti appellatiōē hactē  
 n⁹ triēnio ī Curia pēderet tale facin⁹ fuisset attētātū, tū q̄ uniuersis īnotel  
 ceret eā cōscriptiōē aptissimis scatere mēdaciis. Principio nāq; polliceri  
 Astarotū ī p̄sentia Papę cōclusiōes eas fore disputādas, & Papā tñ nega  
 uisse ac certe p̄hibuisse, q̄m ī mltis estate p̄xia publicis Romę sessiōib⁹ ha  
 bitis ea cā plene fuisset disputata & discussa corā doct̄is. mūdi luminib⁹,  
 ecclesię catholicę p̄latis, archiep̄iscopis, ep̄iscopis, ḡnolib⁹ ordinū, et eorū p̄  
 curatorib⁹, p̄cēnitētiariis, doct̄orib⁹, magno numero theologię iurisc̄q; p̄  
 tissimis uiris, q̄ Capitiōē esse absoluēdū decreuissent. Deinde q̄ ignomi  
 niose appellauerit Oculare speculū scādala & erroneas cōtinētias, cū tñ li  
 ber iste sit p̄ apostolicā sentētiā diffinitive admiss⁹. Tū etiā q̄ de eodē libro  
 ita scripserit, q̄ sit a q̄nq; uniuersitatib⁹ dudū igni addict⁹, q̄ certe sūt me  
 re nuge, clara et cādida mēdacia, q̄a nulla in om̄i terrarū orbe sit aut fuerit  
 uniuersitas q̄ oculare speculū cōdēnauerit, sed tñ singularia q̄dā capitosa  
 capita, uertiginoso cerebro heterocita, & sup̄ino errore decepta, cōuēti  
 culariter & cōspiratiue cōtra iuris & iusticię formā ī oculare speculū liuo  
 re tabuerint, & sua, ut aiūt sentimēta conflauerint. Postremo eos aiūt q̄ lu  
 to & cœno corollaria illa īuoluerint & reuoluerint affirmare solitos, ī eis  
 dē cōscriptiōib⁹ nihil cōtineri ab alpha ad O, q̄d nō antea ī defensiōe pub  
 lica Io. Reuchlin cōtra calūniatores suos Coloniēses iustificatū solutū & re  
 solutū fuisset, q̄d lect̄ori cuiq; lucidi⁹ stellis claruerit. Astarotū itaq; semp  
 eādē cātilenā p̄ turpi sua lingua canere. Hos cauponi sermōes fuisse cū ho  
 spitib⁹ & cōiuiis suis dixerūt Philola⁹ iunior & Marran⁹, graue nimiū pu  
 tātes, ī re tā parua & puerili, tot annis tā ferociter digladiari, Et simul atq;  
 uestiti erant, tū Simonis domū uti constituerāt uelociter sese corripuerūt.  
 Cūq; iter se ut ip̄sorū us⁹ ferebat amicissime cōsalutassent, Marran⁹ sic īci  
 pit. Q̄ nos delectauerit pridiana disputatio tua uenerāde Simō īcredibile  
 admodū est & uix dici pōt ita sum⁹ te nobis absente īpatiētes morę, q̄ p̄ter  
 ullā erubescētiā mox atq; p̄teriūt sabbathū tuū añlucani aduenimus. Et ille.

Veneritis prospere, inquit, amici optimi, an non & uos hodie ferie tenet que die  
 Soli nuncupatis. Tu Philolaus Pythagorica sumus turba, inquit, dies omnibus fe  
 stis agimus, quoniam hilari mente contemplantur, nec sabbathum aliud quippiam censemur  
 que relictis negociis secularibus dare operam ut adhaere ad diuinitati. Sic enim no  
 bis Pythagoras iussit, autore Laertio, *ἐπινοῦναι τὴν ἑβδομάδα*, i. conuersari oportet  
 cum diis. Nisi quod tu numerum ueneraris septimum, ocio aptissimum, quod etiam no  
 bis pythagoreis nihil rerum parit, & Minerua nominat. Tu Simo, Legi auscul  
 tatum est quod sua cuique distribuit & nature ipsi pro anima est, uoluit enim ea & uiri  
 bus corporum seruire, sine quibus nec ratio sana esse nec mentis lumen conseruari ua  
 lide possit, quapropter mediatione mensis lunae hoc est septimam uite parte  
 quiescere constituit, in qua nihil agere liceat, nisi quod obmissum irrepabiliter  
 noceat. Ege nominantur si recte memini Romanis ferie statuique uniuersi populi  
 coes & faciendis rebus diuinis consecrate, utque non semper philosophari Neo  
 ptolemus permittit ille apud Ennium, ita non semper, non omnibus, non omnia de deo medi  
 tari uel ex ueris sunt quod percipiunt, sed est & quoniam & quibus & quantum, Nazianzeno ad Eu  
 nomianos autore, que aliquid graece legi uirum & doctissimum et eloquentissimum  
 in Achaia cum degeret. Ita non uilescet quod est optimum & infinitum finite pro nostra  
 mensura concipiet. Sex ergo diebus operamur, at septimo quocumque die & corporaliter  
 ociamur quantum permittit uiuendi necessitas, & mentaliter post uoluntatis purgati  
 onem diuinis intenti sumus, & festiuum cum omni tranquillitate res sacras laudamus, solique  
 tunc deo seruimus. Huc uergit quod dicunt Cabalei nostri **שבת הוא סוד**  
**אלהים**. i. Sabbathum est mysterium dei uiui, ut in Porta Lucis cap. ii. Extat  
 namque symbolum mundi superioris hoc est Iobelei eternitatis, ubi cessat omnis la  
 bor, quare gemino dicendi usu legibus indicit quinto deuteronomii. Obserua diem  
 sabbathi, quod uult intelligi actionibus exterioribus iuxta mundum inferiorum. Et Exo  
 di. xx. Memora diem sabbathi ad sanctificationem illum, uidelicet anime uires coniungere  
 do menti ad contemplationem, perfectum iuxta mundum superiorum. Agnoscitis igitur neque quod  
 sabbathum est nota diuini seruitii quod sensus & ratio absoluunt ab occupationibus ma  
 terialibus quantum permittit humana imbecillitas, & energia mentis alligat occupatio  
 nibus formalibus ad considerandum quod sursum sunt. Istud lex uoluit per haec duo uerba  
 inuere **שמור וזכור**. i. obserua, memora, quibus intelligunt ex magistris  
 nostris quod preceptum sabbathi esse affirmatiuum & negatiuum dicentes, obserua .i.  
 caue, quod semper eis uitare significat, quatenus nos arceat ab omni quod sanctitati con  
 trarium est. Alii obserua explanant custodi, ut nocti custodiam attribuunt, & re  
 cordationem diei, ac illud haud oblique ad Cabalistarum quod dicitur fundamentum, quod  
 hunc mundum esse noctem & mundum uenturum .i. superiorum ac intellectualium esse diem pu  
 tant, hic seruos degere, istic uiuere liberos, his dicendum caue custodi obserua,  
 illis reminiscere recordare memeto, quoniam haec uox **זכור**. i. reminiscere con  
 tinens preceptum affirmatiuum, procedit ex amore, uerbum uero caue preceptum nega  
 tiuum implet ex timore, liberorum autem est amor, seruorum timor, ita omnium precepto  
 rum reputamus alterum altero nobilius. Ferme in hac sententia longiore tractatu

DE ARTE CABALISTICA

Moyſes Gerūdēſis i Exodo ſcripſit, q̄b̄ duo eſſe ſabbatha recipim⁹ ducū ſcripturę testimoniō Ezechielis xx. Sabbathā mea dedi eis. Nā pluralis locutio duorū numero cōtēta eſt, q̄ppe non ſolū ut gñaliter uno uocabulo ſingulas feriarū ſpēs i lege numeratas de⁹ exprobrare nobis uoluerit, quē admodū Dauid Kimhi & Thalmudici opinant̄, uerū etiā ut peculiari hoc noīe datū optimū & donū p̄fectū a deo nobis cōceſſum, q̄d lobeleū ſup̄i ap̄pellam⁹, memori ſemp̄ mente cōplectamur. De q̄ Porta lucis ſic **וְהָיָה שְׁבִיעִית עֲלֵינוּ שְׁקִירָתָנוּבָל**. i. hęc eſt hebdomada ſup̄na q̄ uocat̄ lobele⁹. Vñ oīs remiſſio p̄piciatio & iſuſio grę de ſcēdit quā ſatis nemo eloq̄ ualeat, cū nec ocul⁹ q̄dē uidit unq̄ o de⁹ p̄ter te. Eſt em̄ **שַׁבַּת שְׁבִיעִית** ſabbathū q̄etis & ſabbathū ſabbathorū q̄ aīę humanę oēs purę reiecta labe tādē redibūt libere ad hæreditatē patrū & mittēt̄ i poſſeſſionē uere noſtrā atq̄ p̄p̄riā quā acq̄ſuim⁹ & retinem⁹ p̄ aīam Meſſihę de tribu Iuda ſeptimi ab Abraham̄ p̄riarchę p̄curatorio noīe in orizōte mūdi ſup̄ſup̄mi iuxta ſcripturā. Et ſupra Iubileū mittet radices ſuas. Ieremię xvii. Quę iſterp̄tat̄ Cabaliſta ille p̄ſtātiffim⁹ Sopher Ama in libro **הַרְזִים**. i. recōditorū, p̄ſalmi unde uigefimi ſuper uerſu Dies diei. **וְלֹא אִישׁ אֶל מִשְׁפַּחְתּוֹ וְאֵל זָחֶלֶת אֲבוֹתָיו יָשׁוּב בְּלוֹמַר שִׁיחֵעְלוּ בְּבָתוֹת אֵל מְקוֹם אֲצִילוֹתָיו שְׁחֹא מִלֵּג אֱלֹהִים מֵלֵא מִים**. i. Vult dicere unusq̄ſq̄ ad familiā ſuā & ad hæreditatē patrū ſuorū reuertēt̄, quaſi diceret, q̄ aſcēdēt̄ p̄ angelos ad locū deſtinationis ſuę q̄d eſt flumē dei repletū aq̄s. Hęc Rabi Ama, & ſunt aquę q̄ ſupra cœlos ſūt in mūdo intelligibili **שְׁחֹצִיא מְרוֹחַ הַקְּרוֹשׁ** ubi obſeruātes ſabbathū fruūt̄ & cū bāt hęreditate Iacob p̄ris eorū, ut dixit Iſaias. Sane illud ip̄m q̄dē eſt ſabbathū Cabaliſtarū oī tpe ſanctificādū, i q̄ nō carnis ſed aīę ſeq̄mur uolūtātē & meditamur diuina, nihil cōtra deū intēdētes, q̄d pro lege oīb⁹ gētib⁹ extat, q̄m ex ip̄ſa natura pullulauit. Vos em̄ q̄b⁹ lex Moyſi lata nō eſt, Iudeorū ceremonię haud aſtringūt ut numero ſeruiatis, q̄d & Iarchas quōdā recte Apollonio negauit. Nec a uobis numerū extorq̄bo, ſed q̄etū & trāqlū aīum poſco, ſoli deo diuinifcē deditū, q̄ maxie in anagogica ſpeculatiōe cōſiſtit, uti eſt iſta iſter nos diſputatio a uobis tātope deſyderata. Tū Marra⁹. Oīno p̄ficiēdū eſt, inq̄t, nā cœpiſti Cabalā uenuste admodū tractare q̄ iā nobis pluſq̄ clare oſtēderis nō tm̄ poſſe nos hodie uerū etiā debere de altiffimis rebus diſſertare. Id tu nōne mecū poſtulas Philolae⁹ Acille, Certe q̄dē. Em̄ uero nūc ei⁹ diſcipline iſtrauim⁹ nauim, & mox i ip̄ſa prora ſentimus, Cabalā aliud nihil eſſe niſi (ut Pythagorice loquar) ſymbolicā theologiā, i qua nō mōlīæ ac noīa ſūt rerū ſigna, uerū res etiā rerū. Quo aīaduertim⁹ Pythagorę philoſophiā fere oēm eſſe a Cabalęis ortā, q̄ pari modo ſymbolicum tradendū morem ad græcos tranſtulit, q̄n ego ip̄ſe q̄ſq̄

*Quid uoluerit*

cum sodali hoc meo te uehementer oro ut dicēdo ac potius docēdo p̄gas. Tum Simon. Non mihi tm̄ iactantiæ usurpauerim, ut docere uos audeā, nec bene tutum fuerit in re tam perplexa, nondū extraneis cognita, p̄sertim romane doctis, p̄ter admodum pauca quæ annis superioribus Ioannes Picus Mirandulæ Comes, & Paulus Riccius q̄ndam noster ediderunt, etiā usq; ad hodiernum latinis non satis intellecta. Vereor em̄ si docerem tam peregrina dogmata, ne mihi haud secus atq; multis ante bonis contigit uiris, inuidorum turba ignominiose obstrepat, qui omne q̄d nesciunt improbant, & facile malignandi studio uerba in alienum sensum detorquent cōtra loquentis uoluntatē, q̄s Cicero calumniatores uocat, ego si dici grāmatice liceat calumnienses appellauero, qm̄ uos ipsi æque meos Theologos Pharisæenses noiare cōsueuistis. Sed palam testor utrūq; uestrum me nihil docere uelle, dicere aut magis & recensere, si qd apud Cabalistas legerim qd uobis haud displicere putem. Exequar igitur primum, qd illi ultimum intēdunt, nam omne studiū suum & uniuersam opam uni huic proposito impendere curāt, ut in hac uita scēlicitatē & futuri eui, p̄ captu q̄q; suo p̄petuam beatitudinē consequant. Quod maxime oīum hoc medio fieri posse confidunt, Si tandem aliquē id qd sibi sentiūt pro utriusq; mundi statu esse optimū sedulo & gnauiter apphendant, cuius possessio adeptis iucunda & p̄fecta sit quies, nimirum cum etiam queq; alioquin aīalia q̄tumuis bruta scēlicitatē suam gestire tum uisa sint cum q̄ optima sibi existimant iis fruant, & ad ea p̄tingant quæ cupiditati suæ afferunt satietatē. Cernitis bouē depascere floridum aliqd & uiride pratum, non qdem totū sed deliberata electione nunc hanc ingreere herbam nunc illam. Subitoq; aliam qdem facile relinquere, aliā aut prorsus obmittere, donec ad consentaneum & uescum sibi alimentū pueniat q̄ cōsistat & requiescat. Hoc modo Cabaliste post campos scientiarū latissimos, & prata cōtemplationum oī amoenitate ornata multas & uarias qualitercunq; olētes herbas degustant, ut demum toto gramine plustrato illud diuinū Moly reperiant, cuius quanq̄ radix nigrescit, tm̄ flos Homeri opinione albus enitet lacti similis, q̄ inuento cunctas repulisse miseras uident, appetitus sui finē in hoc mūdo consecuti scēlicem. Virtus uero Moly est, opa difficilia radix, flos animorū trāquillitas, hoc omne nisi p̄sentis seculi uera scēlicitas esse aliud nihil ne credi qdem possit. Futuri aut beatitudo est apphensio summi boni, supra qd nullum bonū, & a q̄ est oīs bonitas, qd a nulla mera creatura cōphēditur. Sed tum apphendi asserit cum pro cuiusq; captu proxime accedit, ut si qs simbriā uestimenti apphendam, hoīem indutū apphendisse dicat. Ad illud bonum qd deus noiatur non plane a nobis poterit ob nostre cōditionis fragilitatem nisi gradibus atq; scalis ascendi, q̄ qdem ut uos loqui cōsueuistis instar Homericæ catenæ, ut uero Iudæi nos secūdū diuina eloquia dicim⁹ certe ad speciē scālæ Iacob patris nostri de sup̄coelestibus por

## DE ARTE CABALISTICA

riguntur in terram, tanq̄ rectis quædam aut funis aurea cœlitus ad nos di  
 recta, ueluti linea uisualis uarias penetrans naturas. Aspiciunt namq̄ solem  
 cuius radius ad uisum nostrum proficiscit̄ p̄ orbem Veneris, p̄ orbem Mer  
 curii, per orbem Lunæ, per orbem ignis, per orbem aeris, & tangit corp⁹  
 opacum speculi concaui, reflectitq̄ inde ad stupam aut lanam aridã quam  
 splendore suo incendit uehementer usq̄ in cineres, eiusdem uero flammæ  
 species ad oculos peruenit nostros, & a sensatione interiori suscipitur, su  
 scepta iudicatur ab æstimatione, tandem discurren̄ a ratione redeundo uia  
 qua p̄sens operatio ois est progressa, tum hæc prudenter nobis ostendit  
 q̄ nam modo formæ interiores deferant̄ per spiritus animales ad imagina  
 tionem & æstimationis iudicium, q̄ etiam modo externæ ab intraneis reci  
 piantur, q̄ item a flamma species in perspicuo usq̄ ad pupillã intendatur,  
 qua uia ex incēdio speculi cōcaui orta sit flāma, & q̄ modo radius incēdere  
 potuerit, q̄ deniq̄ modo p̄ multa media sibi non connaturalia continuet̄  
 splendor, qua rursus sit proportiōe compandus aer ad ignē, ignis ad sphē  
 rã lunæ, & reliqui orbis ad reliq̄s. Singula hæc ratio nostra disputat per  
 iter compositionis & resolutionis ultro citro usq̄ deq̄ gradiēs, & modo  
 hæc modo illa cogitans, neq̄ cessat ratiocinari usq̄ dum p̄ phantasma effi  
 giem, intentiones splendorē lumen lucem luminare scilicet ad ipsum de q̄  
 loq̄mur solem reuenterit. In primis imaginem lucidã agnoscit, deinde iudi  
 cat ipsam esse propriã illius flammę stupeq̄ quã pridē oculi uiderant, tum  
 q̄ intentio eius a re uisa p̄ diaphanon ad oculū foris producta etiã intra  
 fuerit recepta. q̄ item stupa sit terrestris, q̄ splendor sit aereus, q̄ flāma  
 ignea, q̄ candor accidens diaphano inhærens, q̄ transeat p̄ lucidum atq̄  
 p̄spicuum, siue aer illud sit seu ignis aut cœleste aliqd, secundū formę sub  
 stācialis energiam & opationem peculiare, deinde meditata sua nobiliori  
 cuiq̄ semp̄ accommodas, relicta materia secū de forma disputare incipit,  
 non iam artificiali ut cuius scrutiniū huc non attineat q̄ rectius figura no  
 minetur q̄ forma, sed naturali tm̄ aut superiore. Pergit itaq̄ ratio & forma  
 rum aliquas reperit esse particulares nunc & hic, reliquas uero uniuersa  
 les semp̄ & ubiq̄, tum ex particularibus quasdam corpibus inexistentes  
 q̄bus dent ut sint, alias aut formas coassistētes q̄bus p̄stent ut sic sint, alias  
 oino separatas a corporeis essentia uirtute ac opatiōe, q̄ tm̄ iccirco nomē  
 q̄nq̄ formæ amittunt, atq̄ uel dii, uel angeli, uel intelligentiæ, uel animi  
 beati, uel mentes, aut alio q̄libet uocantur noie. Quæcūq̄ aut sunt uniuersa  
 les eæ non ultra formæ sed Idææ siue species dicuntur a multis q̄ perq̄  
 proprie loqui didicerunt. Sic ratio sane tantisper ascendet dum poterit, cū  
 aut ita fuerit discurrendo extenuata ut formas q̄ corpibus nec insunt nec  
 assunt tāq̄ naturæ nō subiectas cōphēdere neq̄at, mox subsidiariū accersit  
 intellectū q̄ plane ut hæc materiã abstrahit ab hac forma ceu asini cuiusdã  
in agro

in agro sepulci, quam natura induit graminis forma ex cadauere illo flore  
 scente, ita rursus formam quæ simpliciter a materia conatur abstrahere, id  
 uero experitur arduum esse ac laboris plenum, facile enim est abstrahere mate-  
 riam a forma, sed formam abstrahere a materia difficile, quapropter intelle-  
 ctus ille purgatorem se eleuat, ut menti occasionem in se influendi præbeat  
 cuius claritate fretus formas agnoscit nonnullas esse penitus a corporeis  
 essentia uirtute ac opatione absolutas, & ob id neque loco neque tpe conclu-  
 sas, quo uere oporteat eas arbitrari supra caelos esse, ubi cessat motus &  
 tempus. Hinc uoluntatem nostram instruit ut esse quendam credat extra caelos  
 entia optimam uitam ducentia qua toto æuo fruantur, ibique illum secundum  
 inchoare mundum, luminibus uiuis & mentibus purissimis offertissimum, quem  
 possit intrare animus humanus fortiter contemplan- do, certe multo potius  
 quam oculus corporeus transcendere orbem solis acute uidendo. Vtque solem  
 non aspiciamus nisi sol nos respiciat, ita mundum superiorem uidere nequam  
 nisi & ille nos uideat, est enim totus oculus ipse quæ sole clarior, Solem autem  
 comprehendimus per lumen solare, ita diuina comprehendimus per lumem di-  
 uinum, & qui in corporeo possumus non solum orbem solis, uerum etiam su-  
 periores stellas & summum caeli capere, cur non posset mens nostra quæ uirtu-  
 tem corpoream modo quodam infinite præcellit altius suspicere ac mundi arche-  
 typi contenta uidere, cum tanta propinquitate concauum & conuexum summi  
 caeli uniantur, a quo conuexo æternitatis orizon nihil distare uideat. Intue-  
 mur itaque (mihi credite) alterius mundi diuina mutuo, & illa nos uicissim  
 intuentur, ueluti duo directe oppositi oculi per unicam lineam uisualem reci-  
 proce circumacti. Tum Philolaus. Oia, inquit, quæ doces Simon Pythago-  
 rica sunt & Italicae philosophiae propria quam inter nos heri discussimus pa-  
 rumper ego & Marranus mecum. Ad hæc ille. Vos eadem quod appellare du-  
 xeritis pythagoricum ignoro, at hoc scio hæc esse Cabalistica quæ hactenus pro-  
 posui, a priscis Cabalæis tradita, & oia lege diuina Hebræorum complexa.  
 Hinc nascitur illa enumeratio quinquaginta portarum intelligentiæ circa  
 quas tanto tempore Cabalistarum studia desudant, diuinitus a Moyse dei seruo re-  
 ceptarum, quarum cognitionem ipse quæ posteris nobis tradidit uniuersitatis  
 conditionem explicantium **ובבר אמרו רבותינו חמשים**  
**שערי בינה נבראו בעולם וכלן נמסרו למשה**  
**חוצ מאחר שגא ותחסרהו מעט מאלהים:**  
 .i. iamque dixerunt Magistri nostri quinquaginta portæ intelligentiæ pro-  
 ductæ sunt in mundo, & omnes illæ tradite sunt Moyse propter quod una, quia dictum  
 est, minuiisti eum paulominus a diis. Super isto Cabalistarum sermone dixit Ram-  
 ban in Genesios exordio, quod eiusmodi omne Moyse traditum per portas  
 intelligentiæ, contentum est in lege diuina Iudeorum, uel sensu literali uel

## DE ARTE CABALISTICA

allegorico, per dictiones, uel arithmeticas supputationes, uel geometricas  
 literarum figuras siue descriptas seu transmutas, uel harmonie consonā  
 tias ex formis characterū, coniunctionibus, separationibus, tortuositate,  
 directione, defectu, supabundantia, minoritate, maioriāte, coronatione,  
 clausura, apertura & ordine resultātes. Et per illam quę legem a diuino spi  
 ritu adeptus est Salomon rex sapiētissimus omne quod nouerat de quod scriptū  
 est in libro Regum quod deus ei dederit sapiētiā & prudentiā multam nimis  
 quasi arenam in litore maris & creuerat sapiētiā Salomonis sup sapiētiā  
 oīm orientaliū & ægyptiorū, & erat sapientior cunctis hoībus, & disputa  
 uit sup lignis a cedro quod est in libano usque ad hyssopum quod egreditur de pa  
 riēte, & disseruit de iumētis & uolucris, & reptilibus, & piscibus, ultra  
 hæc confirmat nostrā sentētiā Gerūden, sis & concludit ita **וְכָל זֶה יָדַע בְּתוֹרָה וְכָל מִצְוָה בְּפִירוּשֵׁיהָ**  
 : **בְּרִקְרוּקָה בְּאִתְיוּתֶיהָ וּבְקִרְצֵיהָ** .i. Oīa hæc cognouit  
 per legem & oīa inuenit in ea per expositiones suas, per grammaticas sub  
 tilitates & per literas eius, & p calamistraciones illius. Contigit aut ei hoc,  
 postquā ad plenū fuisset duodegnquaginta portarū intelligentiæ rationē  
 consecutus, quod aperiunt oīm creaturarum cognitionē. Sunt em̄ cunctæ res  
 uniuersaliter in quinas conditiones distributæ. Nam aut elemēta sunt, aut  
 elementata, aut animę, aut cœlestia corpa, aut supcœlestia incorporea. Ho  
 rum fortasse quodlibet decem recipit consyderationes quarū capitula sunt  
 quod sequunt. Genera generalissima, genera specialia, species generales, spe  
 cies specialissima, res indiuiduæ, quod ulterius cōstant materia & forma, uel  
 quibusdam utriusque proportionalibus, contrahunturque singulariter differen  
 tiis, proprietatibus & accidentiis. Decem hi tam essentiarū quod intelligentia  
 rum modi per quinq; multiplicati quinquaginta ianuas aperiunt per quas  
 intramus in creaturarum penetralia illa eminentibus notis in opibus sex  
 dierum designata, & a Cabalisticis studiose dephensa receptaque. Iam isto ar  
 tificio ænigmaticus scrupus a Comite Mirandulano inter noningētas cō  
 clusiones suas propositus, facile in eodem scirpū explanabitur. Aiebat em̄  
 sic. Qui sciuerit quod sit denarius in arithmetica formali, & cognouerit natu  
 ram primi numeri sphaerici sciet secretū quinquaginta portarū intelligen  
 tiæ, & magni lobelei, & millesime gnationis, & regnū oīm seculorum, hæc  
 Mirandulanus. Ducatur itaque uelim sphaera plana siue circulus decē figu  
 rarum numeraliū super cētrum quod sit quinq; est em̄ mediū denarii & in  
 eius circūferentia particulariter, denarię supputationis numeri singuli de  
 scribantur, trāseatque diameter a minimo ad maximū, hoc est ab uno ad no  
 uem, cuius diuisio duos semicirculos efficiet, a parte sigdem dextra sphæ  
 ræ, post unum & ante nouē superius commemorata ponantur duo tria qua  
 tuor quinq;, a parte aut sinistra post unum & ante nouem reponant quinq;  
 sexseptem

*consequitur*



sex septem octo, & trahantur lineæ per centrum a duobus ad octo, a tribus ad septem, a quatuor ad sex, a quinque ad quinque. Tum si maximo cuique tamen subtraxeris quantum abundat supra quinque, quod est sphaeræ denariæ centrum, atque idem suo minimo addideris qui a quinque defecit, semper ex utrisque oppositis numeris quinque & quinque adæquata surgent, quare comparatis inuicem linearum punctis quælibet lineæ descriptio numeralis, quinque & quinque obtinet. Quinarius igitur numerus in circulo denariæ reuolutionis dicitur sphaericus, quia, ut uidistis, omnes numeri sphaeræ ad quinque rediguntur, id autem fit per quinque lineas in sphaera ductas quarum singulæ decem continent. Eo itaque sphaerico numero per decem multiplicato nascitur quinquaginta siue portæ intelligentiæ seu anni lobelei, cuius proportio dupla quæ est arithmetica formalitas, in se multiplicata, millesimam generationem procreabit, quod si perpetuo sic facies, apparebit infinitudo, quæ est regnum omnium seculorum a Cabalisticis Ensoph nominatum, & est deitas ipsa sine indumento. Reliqua enim deus produxit amictus lumine sicut uestimento ut esset lumen de lumine, ac inde cum uestimenti sui lumine creauit mundum intelligibile spirituum separatorum & inuisibilem, quod Cabalisticæ uocant coelum ut ex me sapientissimus accepistis. Ad hunc modum intelligo uerba sapientissimi & maximi Rabi Eliezer, quod cum istam proposuisset questionem, unde creatum sit coelum respondit, **מֵאֵוֶר לְבוֹשׁוֹ לֵקַח** .i. de lumine uestimenti sui sumpsit. Recitant hæc a Moysæ Maimoni ostensore proplexorum in xxvi. cap. libri secundi, et a Rabi Ioseph iunior Castiliensi, ciue Salemitano in Horti nucis uolumine secundo, Vtque huc ascendit Moyses dei seruus, ut cognosceret lumen uestimenti eius, & sabbathum sabbathorum, & lobelem superius, & millesimam generationem, quod totum nil aliud est quam mundus superior Idearum, angelorum, felicitium animorum. Igitur cum indumentum dei transcendere ac faciem eius uidere nequeuerit, recte dicitur ex quinquaginta portis intelligentiæ una caruisse, quam aliqui nostrum fuisse opinantur **תְּחַיִּית** .i. uiuificationem, tamen iis haud assentior, magis uero esse puto dei essentiam quam symbolum indicat tetragrammaton, & est mundus incomparabilis nulla comprehensibilis proportione. Dixit namque Moysi deus. Faciem meam uidere non poteris. Seu uerius sic. Et facies meæ non uidebuntur, sed uocabo nomen tetragrammaton coram te xxxiii. Exodi, quod explanat Cabalisticæ **שְׁמִי לְפָנֶיךָ הַשֵּׁם** **שְׁמִי לְפָנֶיךָ הַשֵּׁם** .i. Vocabo coram te nomen illud magnum quod non poteris uidere, ita enim Ramban Nehmani scribit. Quo plane apparet deum iuxta ipsum esse suum tetragrammaton, a Moysæ non fuisse uisum. Hoc sane portatum est omnium principium supra omnem creaturam ante creationis exordium, de quo legitur Creauit deus coelum & terram. Et chaldaica Onkeli translatio sonat ita. Creauit tetragrammatum coelum & terram. Deus ergo tetragrammatum creauit omnia, quem uos Tetractyn nominare audiui. Dixit autem Rabi Eliezer ut in capitulis eius extat.

Quinto

**עַר שְׁלֵא זְבֵרָא הָעוֹלָם הָיָה הַקְּבֵה וְשֵׁמוֹ בַּלְבָּר**  
 .i. Vsq; quo non fuit creatus mundus, fuit deus & nomē eius solummodo.  
 Alii q̄q; Cabalistę asserūt testimonio Moyſi egyptii ca. pite xxix. libri se  
 cūdi pplexorū sic **הַחֵלָה שְׁלֵא הָיָה שׁוֹם הַבֵּר, גַּמְצָא**  
 K **וְאֲחֵר מִתְּתוֹ שֶׁל מֹשֶׁה בְּתֵּלָם מִיְהוֹשֻׁעַ שְׁעַר אֲחֵר**  
**וְנִשְׁתָּארוּ מִה שְׁעָרִים וְשֵׁלֵמָה וְנִתְקַשְׁהָ עַל**  
**אוֹתוֹ שְׁעַר לְהַחְזִירוֹ וְלֹא הָיָה יָכוֹל:**  
 .i. Ab initio cum nō esset ulla res  
 erat penitus nisi nomen dei & sapientia eius. Ergo ante q̄ esset creaturę  
 quicq; iuxta Cabalę doctrinam, nihil erat nisi deus, & nomen eius tetra-  
 grammaton, & sapientia eius. Sola certe tria hæc receptio nostra continet  
 quę prima creationis porta magistro nostro Moyſi nequaquā fuit aperta.  
 Quare dicitur legē diuinā puestigasse tm̄modo per nouem & quadragin-  
 ta portas. Iosue aut̄ denuo una minus scilicet per octo & quadraginta. Sic  
 em̄ in libro explanationū alphabeti, a Rabi Akiba rece. pimur **וְאֲחֵר**  
**מִתְּתוֹ שֶׁל מֹשֶׁה בְּתֵּלָם מִיְהוֹשֻׁעַ שְׁעַר אֲחֵר**  
**וְנִשְׁתָּארוּ מִה שְׁעָרִים וְשֵׁלֵמָה וְנִתְקַשְׁהָ עַל**  
**אוֹתוֹ שְׁעַר לְהַחְזִירוֹ וְלֹא הָיָה יָכוֹל:**  
 .i. Et post mor-  
 tem Moyſi abscondita fuit de Iosue porta una & relictę fuerunt quadra-  
 ginta octo portę, & Salomon laborauit sup̄ illa porta ad reducendū eam  
 sed non erat potens. Hoc ita receperunt Cabalistę qm̄ de Moyſe scriptū  
 est xxxiiii. Deuteronomii. Non surrexit propheta ultra in Israel sicut Moy-  
 ſes. Non igitur Iosue ualuit tm̄ ascendere quantū Moyſes ascēderat, iccir-  
 co haud ab re affirmatur uno fuisse gradu inferior. De Salomone aut̄ Ec-  
 clesiasticis xii. legitur q̄ quęsiuerit ut inueniret res beneplaciti, sed addunt  
 Cabalistę deū ei p̄cepisse sic. Scribas recte uerba ueritatis, ea esse dicimus  
 tradita & recepta p̄ uiam Cabalę, quatenus aliud cōscribere non auderet  
 nisi quod recepisset, idq; fuit duobus gradibus inferius q̄ Moyſi receptio.  
 Post deum porta secunda est mundus archetypus, & dicitur Cœlū a deo  
 tetragrammato in sapientia creatū iuxta Thargū Hierosolymitanū qd̄ loco  
**בְּרֵאשִׁית** .i. in principio posuit **בְּהַכְמֵתָא** .i. in sapiētia, quippe  
 confirmans q̄ diximus, q̄ in sapientia creauit deus Tetragrammatus cœ-  
 lum, cōclauē angelorū, de q̄ plane nihil a Moyſe fuit expositum, ne rudi et  
 agreſti populo uel non intellecta uileſcerent, uel idololatrię p̄berēt occa-  
 sionem. At uisibilis iste mūdus terra intelligitur, quē inter portas tertiam  
 esse affirmamus. Per inane aut̄ symbolice notari materiā putabimus, por-  
 tam intelligentię quartā. Per uacuū hoc est priuationē, quintā. Est & sexta  
 horum appetitus naturalis abyssus. Deinceps pro q̄busuis sex dierū opib; <sup>9</sup>  
 reliquę portę sequuntur. Iam em̄ quatuor elementorū signacula portas  
 quatuor indicant, purum nanq; elementū ignis secundū Moyſen egyptiū  
 libri Perplexorū secundi capite xxvi. tenebrę nuncupāt, spiritus aer, aqua  
 humor elementaris, lux forma substantialis, dies, accidentia q̄ maxime no-  
 bis conferunt ad cognoscendū q̄ qd̄ est. Nox sunt proprietates occultę,

Vesper corruptionis uia, Mane gnationis, Dies unus, qui certa ratioe nō dies primus noīatur, sed dies unus, significat compositū in lucem editum. Die secundo, aquæ supra firmamentū sunt species rerū uniuersales. Firmamentū orizon æthernitatis & t̄pis. Aquæ sub firmamento influētiæ cœlestium corporū naturales. Die tertio sequitur aliud cœlum uisibile ac materiale, porta scilicet undeuigesima. inde terra quā terimus, deinde maria q̄ nauigam⁹, sic herbæ, semina, ligna, fructus. Quarto aut luminaria, signa tempora, dies, anni, splendor, sol, luna, q̄bus planetis cæteri cōicatione caloris & frigoris, siccitatis & humoris cōphendunt. Calet & siccatur Saturnus Mars ac Iupiter cū suo Sole, humectat & in frigidat Mercuri⁹ ac Venus cum sua Luna etiā si septē hæ sphaeræ distinguant specificè. Designāt p̄terea portam reliquæ stellæ nonā & trigessimā, tum die quinti prodeūt animæ uiuentes q̄ est uita mortaliū, & in aquis reptilia & cete & pisces, & generatim uolatilia, & particulariter aues. Sexto aīal progressiū in terra, & reptile terrestre, & iumēta, & bestia. Tandē porta quinquagesima q̄ est homo. Hi sunt quadraginta nouem creaturarum cognoscēdarum modi

**שַׁעַר בִּינָה** & sup̄ma porta unus creator omniū a nullo hoīe nisi a Messiha plane cognitus, qm̄ ipse est lux dei & lux gētiū, ideoq; & cognoscit deū & deus cognoscit p̄ eū. Regius em̄ propheta Dauid ad deum sic exclamat. Mitte lucē tuā, qd̄ interpretat Rabi Salomon Gallus **הַמְשִׁיחַ**

**שַׁרְמָה לְאוֹר שֵׁן עֵרְבָתִי נֵר לְמִשְׁיַחִי** .i. Messihā q̄ compatur luci, q̄ scriptum est. Parauī lucernā christo meo. Et Isaias ait Dedi te in foedus populi in lucem gentiū. Et rursus. Ambulabunt gētes in lumine tuo. Scripsit aut Aristoteles id qd̄ esse uerū arbitror uisionē fieri non posse, nisi cū lumine, ut legit̄ in lib. de aīa *οὐχ ὁρατὸν ἀνεῖ φωτὸς*. .i. nil uisibile sine luce. Quapropter ambulātibus nobis ad rerū oīm inspectionē conducit admodum itineri adhibere lumē, ut uiam qua possimus absq; pedum læsione proficisci matura cum prouidentia eligamus. Ad qd̄ receperunt Cabalistsæ tramites q̄sdam luminosos & illustria experimenta q̄ nominarunt **לֵב נְתִיבוֹת הַחֲכָמָה** .i. triginta duas semitas sapientiae quarum meminit Abr̄aham in libro de creatione quem sic incipit, **בְּשִׁלְשִׁים וְשֵׁשִׁים נְתִיבוֹת פְּלֵאוֹת חֲכָמָה חֲקִיק**

**יְהִי יְהוָה צְבָאוֹת שְׁמוֹ** .i. Triginta & duabus semitis mirabilibus sapientiae excussit seu exculpit deus Tetragrammatō Zabaoth nomen suum. Sup̄ q̄ scripsit Rabi Iacob Cohen, q̄ dicit mirabilibus eo significat has semitas esse arcanas reconditas & occultas, hanc suā interpretationem confirmando p̄ Thargum. Et cōmentator Rab Ishac in eundē librū **יְצִירָה** testatur, q̄ prisca sapiētes uiri cordati mites & recti p̄ fundamenta legis in Cabala plurimū exercitati docuerunt nos q̄ maiores nostri & patres ambulauerunt p̄ uias multas ut tandem starent in semitis istis que

DE ARTE CABALISTICA

dicuntur admiranda sapientiae, tradita p Zadkiel Abrahe patri nostro in traditione fcederis, hec ille. Recensebo itaq; uobis auditores optimi si modo dignū aliqd existimatione uestra iudicabitis. Et Philolaus. Perge obsecro, & Marranus imo cōfestim exorsa pte obtestor ambo inquit. Tū ille triginta duæ ait semite a summo culmine ad ima basis tēdūt, hoc modo notandę quarū prima est **שבל מופלא**. i. intelligentia miraculosa, sic a qbusdam dicta, sed rectius multo noiabitur Intelligentia occulta. Nam Rabi Salomō Gallus in libro Deuteronomii cap. xxx. probat hoc uerbum **מופלא** significare **מכוסה** in uersu, qm̄ mandatū hoc qd ego p̄cipio tibi hodie non supra te est, ubi docet legendum esse non occultatum a te est, idq; per chaldaicas translationes illic citatas. Est aut̄ lumen dans intelligere p̄cedentia sine principio, noiaturq; gloria prima, qm̄ nulla creaturarum, mera essentię ac ueritati eius ualet appropinquare. Secūda **שבל מקודש**. i. Intelligentia sanctificans, est fundamentū sapiētię æthernę, q̄ uocat̄ fides, & no. minat̄ parens fidei, eo qd de ei⁹ uirtute fides infunditur. Tertia **שבל שלם**. i. Intelligentia absoluta, est intētio principiorum q̄ nō radicauit ad reducēdum sibi aliqua in penetralia maiestatis suę que infundant̄ ab anteriore. Quarta **שבל טהור**. i. Intelligentia munda purificat numeratiōes Cabalisticas & figurationē cartū emēdat, disponitq; terminos & extremitates suas ut sint absq; detruncatione aut dispersione. Quinta **שבל מזהיר**. i. Intelligentia fulgida dicitur a Cabalisticis gloria secunda. Sexta **שבל מתנוצץ**. i. Intelligentia resplendens, sedet super throno splēdoris, & illustrat fulgorem luminariū, & infundit̄ influxum suum p̄fecto supficierū & eminentiarū. Septima **שבל מנהיג**. i. Intelligentia inductiua, est ip̄e thron⁹ glorię, perficitq; ueritatem communicationum spiritualium. Octaua **שבל גשר**. i. Intelligentia radicata, q̄ conueniens unio dicitur, & est proprium ipsius prudentię q̄ infunditur a sapiētia superiore. Nona **שבל נצח**. i. Intelligentia triūphalis uel ætherna, uocat̄ paradus uoluptatis paratus sanctis. Decima **שבל ההרגש**. i. Intelligentia dispositiua, aptat sanctis in fide apparatus ut induant̄ spiritu sancto, & est illud qd uocatur Thiphereth ī statu supnorum, Vndecima **שבל בהיר**. i. Intelligentia claritatis, est species ipsa magnificētię dicta **הנחיות** qm̄ ex ea oriē uisio uatibus uisionē uidentibus. Duodecima **שבל קבוע**. i. Intelligentia notata, insignis raptus, a qua defluunt uirtutes spirituales instar infusiōis unius ab altera secundum primi influētis energiā. Tredecima **שבל נסתר**. i. Intelligentia recondita, illustrat solum potentias taliū intellectuū qd per cogitationem fidei creditā uidēt. Quartadecima **שבל מאיר**. i. Intelligentia illuminans, que est ipse Hasmal angelus Ezechielis, quasi species electri, institutor arcanorū, aīalium sanctuarii, & intentionum

*Summe triginta duo*

intentionum eorum. Quintadecima **שכל מצוהצח** id est Intel-  
 ligentia subtiliata, disponit ordinē quo conceditur accessus per gradus  
 ascensionis. Sextadecima **שכל נאמן** id est Intelligentia fidelis, qua  
 augent uirtutes gra-  
 tificatae iuxta uitas eorum in quibus habitant. Septi-  
 madecima **שכל ציון** id est Intelligentia probatoria, est tētatio &  
 probatio antecedens in qua confi-  
 stit donū dei benedicti erga omnes san-  
 ctos eius. Octauadecima **שכל קיום** id est Intelligentia confirmans  
 est uirtus restaurans in numeratiōibus Cabalisticis, si quid illis, desit, ue-  
 stiendō eas de spiritu sanctitatis suae. Nonadecima **שכל הרצון** id  
 est Intelligentia uoluntatis prouidet omnibus creatis, & per eam, cogno-  
 scūt Cabaliste ueritatē sapiētiae superioris. Vigesima **שכל מעמיד**  
 id est Intelligentia constituens, facit stare ipsam creationē in caligine munda.  
 Et magistri Cabalae dicūt qd sit caligo, iuxta illud caligo in circuitu ei⁹  
 Vigesima prima **שכל מהורש** id est Intelligentia innouans, per  
 quā reparantur et innouan-  
 tur omnia creata in hoc mundo. Vigesima se-  
 cunda **שכל בית השפע** id est Intelligētia domus largitatis, de  
 mediō infusionis illius trahuntur arcanum & absconditum, quae habitāt  
 in umbra eius & adhærēt edu-  
 ctionis stu-  
 dio atq; diligentie promouen-  
 tis ad alta. Vigesima tertia **שכל המעולות** id est Intelligētia acti-  
 uitatum, est collectio & uniuersitas operationum spiritualiū, sic dicta pro-  
 pter influxum qui congre-  
 gat in ea, de fonte peiagi superioris & glorie  
 excelsę. Vigesima quarta **שכל נברל** id est Intelligentia medians,  
 qua colligitur influentia gratiarum & ipsa infundit largitatē in oīa stagna.  
 seu pi-  
 scinas benedictionum a se appropriatarum. Vigesima quinta  
**שכל כלי** id est Intelligentia collectiua, qua colligunt astrologi iu-  
 dicio stellarum fatales euētus & noti-  
 tiam eorum perficiūt sphaeris & or-  
 bibus suis. Vigesima sexta **שכל געבר** id est Intelligentia adminicu-  
 laris, concurret in subsidium ad omnes operatio-  
 nes planetarum & alios in-  
 fluxus cœlestes. Vigesima septima **שכל המירי** .i. Intelligētia ppe-  
 tua, q̄tidie cōtinuat p meatū so-  
 lis & lunæ secundum conditiones eorū.  
 Vigesima octaua **שכל מוגשם** id est intelligentia corporalis in-  
 format omne corpus qd corporatur sub orbibus, itēq; magnitudinem  
 illorum. Vigesima nona **שכל החפץ המבוקש** id est Intel-  
 ligentia complacentiae quæsi-  
 ti, recipit diuinam infusionē ut par-  
 ticipet  
 de irrigatione eius super omnia creata. Trigesima **שכל מורגש**  
 id est intelligentia concitatiua sensuum, qua fiūt entia sub or-  
 be supremo  
 & omnia genera mistorum. Trigesima prima **שכל רמיוני** id est  
 Intelligentia imaginaria qua uariantur & alterantur omnes figure ac ima-  
 gines creatæ iuxta superficies rerū & naturas earum. Trigesima secūda  
**שכל מוטבע** id est Intelligentia naturalis, qua consummatur na-  
 L

tura rerum materialium sub sphaera lunæ ad perfectionem suam. Cōplexus sum breui catalogo uiri externorum dogmatum cupidissimi quæ nostri maiores & de quinquaginta prudentiæ portis, & de duabus atq; triginta itineribus sapientiæ multis in libris difficiliore studio tractant, & est res profecto meliore digna magistro ac multi sudoris sane q̄ maximā uim habeat ad cohortandum nos ut ferme semper cum angelis uersemur in cōtemplatiōe summarum & diuinarum rerum, quibus si familiares esse cōperimus, nihil nobis erit aut dictu aut factu difficile. Familiaritatem eam literæ conciliant, quæ illorum munus sunt. Eas si adhibuerimus decem numerationibus Cabalisticis, statim consurgit duorum & triginta numerus Quod scriptū in libro Ietzira legitur **עשר ספירות בלימה** & **ועשרים ושתים אותיות**. i. Decem numeratiōes Belima, & uiginti duæ literæ. Quapropter non pauci scriptores & decem istis proprietatibus silentio dignis, & uiginti duabus literis hanc semitarum cōflāt summam pro meo quidem more in eum ordinem digestarum, quem tamen alii haud pariter obseruāt. At uero illud literarum collegium si quinquaginta portis diligēter applicuerimus, inde septuaginta duorum angelorum fœlicem seriem comperiemus quibus Semhamaphores id est nomen expositorium illud magnum summi dei constare perhibetur. Nā ad quinquaginta uiginti duo addita lxxii. procreabunt. Hi sunt angeli fortes uniuersæ terræ, per quos putatur Moyses ille miraculorum operator manu sua mare usq; ad siccum diuisisse, quoniam ipsi sunt angeli diuisionis. Et diuisit de⁹ terram iuxta numerum angelorum eius. Sic enim in libro Portarū iusticiæ quæ Rabi Ioseph Ben Carnitol celebris in Cabala magister cōscripsit inter alia legimus **וגשאריו כל אומות מסורות ביד עשרים**. Id est. Et relictæ sunt omnes gētes traditæ in potestatem septuaginta præfectorum, hoc est principum angelorum, quibus Rancan peritissimus Cabalista Genesis xlviij. septuaginta palmas applicat illas circa duodecim fontes quos nostis. Quinetiam certum est, duas ibidē fuisse columnas nubis & ignis, quibus duo præpositi erant angeli. Quare non inaniter existimabimus in eiusmodi sectione maris & liberatione filiorum Israel accessisse Moyli septuaginta orbis terrarum angelos & duos illos columnares in ministerium salutis quæ nobis plane contingit ex nomine Tatragrammato ineffabili, per septuaginta duo nomina quæ de sacra scriptura colligunt explanato Exodi quartodecimo a uersu. Tollēsq; se angel⁹ usq; in finē, ubi legit diuisa est aqua. Sūt nimirū ea nobis sacra signacula hodierna etate memori mēte reposita, q̄b⁹ symbolis angeli uocati ferūt opē hoib⁹, ad laudē & gloriā, ineffabilis dei, de quo scripsit Rabi Salomon in expositione Thalmud testimonio Gerūdēsis in Geneleos exordio. Symbolorū itaq; characteres hi sunt, quos digito uobis pingo.

והו ילי סיט עלם מהש ללה אכא כהת חו  
אלר לאן חקע יזל מבה חרי הקם לאו בלי  
לוו פהל גלד יי מלה חחו גתה האא ירת  
שאה ריי אום לכב ושר יחו להת כוק מצר  
אני חעם רחע ייז ההה מיד וול ילה סאל ערי  
עשל מיה וקו דני החש עמם גנא גית מבה  
פוי גמם ייל הרר מצר ומב יחה ענו מהי

Oia hæc nomina manāt de proprietate clementiæ, ut asserunt Cabalistiæ, illa uero una extat ex decē nmerationibus, quarū uobis arborē demōstrabo si ad nuerint superi & uos si me audire parati eritis. Quin paratissimi, ambo in quiunt, qui ob id tanta itinerū pericula obiuiimus, tot & tantis sumptibus erogatis. Sed perge aiunt ut de istis angelis aliqd discamus, q̄rum nomina Marrano mihi nunq̄ audita fuere, credo & tibi q̄q̄ Philolao pariter. Certe, ait ille, ut ne uisi sunt unq̄ isti mihi angeli q̄dē, ita ne ip̄orū cognita mihi sunt noīa, sed amabimus te uir optime, indefinenter p̄ge. Tum Simon, Fuisse angelos, inquit, multos qui ad tantū & tam admirandū Moyfi op̄ cōcurrerēt cum aquas maris ita diuideret ut Israelitæ siccis pedibus trāsirēt, id ex ipsa possum⁹ sacra scriptura dephēdere, ne quis me ueteratorē putet. Verba nāq̄ diuina ī eo loci hæc sūt **ויסע מלאך האלהים** .i. & migravit angelus angelorū. Non ut uos pronunciatu latine, Tollēsq̄ se angelus domini. Non em̄ Adonai positum est hic q̄d interpretamur dñm Sed Elohim q̄d uos pariter angeli tranlatū q̄tidie legitis, Minuisti eū paulo minus ab angelis. Et In conspectu angelorū psallā tibi. At nequaq̄ etiā hic scribitur ut alias crebro angelus Elohim. Sed memorabiliter sic angelus ha elohim intercedente articulo demonstrante, perinde atq̄ dicere sacra historia uellet. Per hunc nubi angelum castra p̄cedētem, cognoscite hic plurimos q̄q̄ alios adesse angelos orbis terrarū principes. Astipulat nobis Thalmud in Mechilta, ubi Rabi Nathan a Magistro nostro Simone Ben lochai cognato meo huius quæstionis petit solutionem. Quæso inquit, quare ubiq̄ scribitur angelus Adonai, hic aut̄ angelus ha elohim cui respondet **אין אלהים בכל מקום אלא ריי** .i. Non deus in omni loco scilicet significat nisi p̄ses siue p̄fectus. Igit̄ angelus ille simul cū septuaginta p̄sidibus prouinciarū intelligit̄ affuisse, ob idq̄ ita dictus Mallach ha elohim, angelus illorū p̄sidum seu p̄fectorū, & alter item angelus ignis eorundē p̄sidū socius, ut iure optimo septuaginta duo numerentur, q̄rū signa uidistis iam pridē a me descripta, q̄ si uultis uel potius quæ uultis (nouī em̄ uos uelle) docebo qua nam uia ē sacris literis educant̄. lā

## DE ARTE CABALISTICA

hos ipsos assumite treis uersus **ויהי ערב ויהי קרוב** ac in modū erectę  
 columnę singulos more Cabalístico a dextra ad sinistra ita conscribite ut  
 uniuscuiusq; uersus literę a summo ad imū continuo altera sequat̄ alterā  
 tunc primi uersus characterem primū ponite qui uau nomiatur. Deinde  
 secundi uersus characterem ultimū usu retrogrado accipite q̄ est he, tum  
 postremo recurrite ad tertii uersus initium, qđ rursus inuenietis uau esse.  
 Cuncq; treis characteras ordine isto coniunxeritis, nascetur primi angeli  
 memoriale uau.he.uau. Et secūdi Iod lamed iod. Et tertii Samech iod teth  
 Sic qđ de reliquis semper ternis atq; ternis, p̄senti aut̄ modo tribus colu-  
 mnis rite ut fieri debet erectis, qđlibet signaculū Tetragramati expositori  
 um conflagabitur. Eia uidete considerate contēplamini bene, num hoc ip̄m  
 summa letitia est, omne huius seculi gaudium excellens, recordari sanctos  
 nutus dei & diuinos uultus q̄s hebręi Mallachim, gręci angelus, latini de-  
 os noīant, tractare aīo & manibus tam puras, tā pias, tam cōsecratas res cō-  
 uersari studiose cū illis candidissimis speciebus quarū splendor non nisi p̄  
 spicacib⁹ generosarū mētū oculis illucescit. Interesse cōuiuīs atq; colloqis  
 spirituū beatorū q̄ nos supra q̄ oīm mortaliū mos est fraterne diligūt nec  
 diligūt modo sed amāt. Gestire mihi parietes uident & hoībus nobis gra-  
 tulari q̄ dei bonitate factū sit ut p̄ qđam humanę imbecillitatis sigilla &  
 artificiosa charagmata in hilares cœtus admittamur angelorū, pro uirium  
 nostrarum capacitate, cum quibus tranquillo corde gaudeamus & læte-  
 mur, quos colamus & ueneremur, quib⁹ honorē tali & tā sublimi nature  
 debitū impēdamus, a qb⁹ uicissim & amemur & instituemur & custodia-  
 mur. Tum Marran⁹, characteres quidē uideo inqt sed noīm sonos nō au-  
 dio, qua igitur pronunciatione inuocentur angeli nescio. Ad hæc Simon.  
 ut oculis uidentur, sic auribus audiuntur, & ut nos uident, ita uocantes au-  
 diunt. Id qui modo fieri possit duobus uerbis dicam. In spiritu & ueritate,  
 ut quales habent linguas nostrę mentes, tales habeant aures angeli. Et si-  
 cut spiritus diuini linguis angelorum loquuntur, ita spiritus humani auri-  
 bus mētium auscultēt. Non igitur ea necessitate sibi noīa imponunt, q̄ ue-  
 lint palam nominari & clamari, sed signacula memoratiua tradūt q̄ cupi-  
 ant a nobis recordari, ne omnem putetis uim diuinam in uoce latere. Sym-  
 bola igitur hæc frequentem angelorum memoriã poscunt, q̄rū sedula re-  
 miniscentia nos in amorē dei mutuo traducit, & uicissim amor in rememo-  
 rationē. Quē em̄ fortiter amam⁹, eius frequēter meminim⁹, ut est in p̄uer-  
 bio. Meminerūt oīa amātes. Iccirco nomē tetragramatō nobis de⁹ cōdona-  
 uit, nō ut illo se uocem⁹ qđ est ineffabile, recteq; a uobis Anekphonicon  
 appellatur id est non uocabile. Quid enim respondit creator quærenti  
 Moyfi quod est nomen tuum, certe hoc aiebat i. h. v. h. hoc est nomen me-  
 um in æthernum, & hoc memoriale meū in generatione & generationē.



Est igitur Tetragrammaton, æthernitati nomen, generationi autem memoriale tñ, quia nequit ulla uoce humana componi nomen quod diuinitatis naturam equare possit. Ab opibus angelos cognoscimus, quare pro eisdem uirtutum opibus nomina pariter pronunciamus, ut a medicina Raphael, a uirilitate Gabriel, a stupore ac admiratione Michael, quod iterpretamur quis tam fortis, propria uero nomina quam essentiam ignoramus, nostræ mortalitatis infirmitas inuenire non ualet, nec inuenta imponere, nisi quantum nobis diuina est reuelatione concessum. Ex numeris itaque ac figuris diuinitus traditis contemplantissimi quicunque secundum uoluntates angelorum nomina sibi formare instituant sicut pueri ex literis uoces componere docentur, uel hebraicis uel grecis uel romanis, uel arabicis, uel ægyptiis, non quod uox enuncianda egeat literis eiusmodi, sed propter nostræ imbecillitatis memoriã, ut sint nomina quasi notamina quæ sensus nostros incitent uel figura uel uoce, rursumque sensus moueat phantasiam, phantasia memoriã, memoriã rationem, ratio intellectum, intellectus mentem, mens angelum. Scripsit huius generis aliquid perquam eleganter ex uestris quidam insigni nomine philosophus Tyrius Maximus in libro τῶν ἐν ῥῶμῃ συναλέξεων τῆς πρώτης ἐπιδημίας disputatiõe octaua. Vnde id uobis coniectura innotescit, satis esse, si tres uersus, per me ante resolutos in angelorum septuaginta duorum reuerentiã & uenerationem legeritis ea serie qua spiritus sanctus dictauit, prorsusque per eorum dilectionem in nominis dei summi ardentissimum amorẽ & extaticã adorationem incubueritis, pensulatim commemorando quod sicut ex numero tetragrammati arithmetica proportione progreditur numerus septuaginta duorum, ita septuaginta duo angeli ex signaculo creatoris quodam effluxu diuino produciunt. Cum enim qualibet litera hebraica numerum peculiarẽ designet, oriuntur ex iod, he, uau, he, duo & septuaginta, hoc modo. Iod notat decem, he quinque, uau sex, he iterum quinque. Totum hoc ex arte arithmetica sic colligatur Iod decem, Iod he quindecim, Iod he uau unum & uiginti. Iod he uau he uiginti sex. Comprehendite nunc singula, Decem, quindecim, uiginti unum & uiginti sex, & oriuntur septuaginta duo. Hæc reputantes uobiscum aperte intelligitis ad inuocandos spiritus uoce spirituali opus esse, non autem clamore, ceu sacerdotum Baal quibus ab Helia propheta dicitur tertio Reg. xviii. Clamate uoce maiore forsitan deus in diuersorio est aut in itinere aut certe dormit ut exciteat. At si qua oratione in supplicatiõibus utimur non ideo fit ut deum uel angelos syllabis aut dictionibus tanquam erga mortales usi commoueamus, sed ut uires nostras in ardorem illorum incitemus & fiduciam in eos quasi anchoram figamus, ueluti appellendo nauim in portum solent nauarum resti eiecta uel fune prolato terram attrahere, quamquam immobilẽ, quod conatu ad terram se ipsos trahunt. Pari ratione per sensibilia nos signa quocumque instituto composita uidemur inuisibilem diuinitatẽ attrahere, cum tamen reuera nos ipsos mobiles ad immobilẽ diuinitatẽ attrahamus. Hoc arcano fundamento sacramenta

## DE ARTE CABALISTICA

uniuersa & cerimoniarum ritus pstant. Hinc signis, characteribus, et uoce utimur, hinc hymnis & canticis, hinc tympano & coro, hinc chordis, cymbalis & organo, aliisque id genus musicis, non ut deū quasi sceminā emolliamus, nec ut nostris blandimentis & adulationibus angeli capiant. Sed ut deum ac diuina exaltando, nostrę conditionis exiguitatē agnoscamus, subiectionē & obedientiā humillime profiteamur, & oēm uoluptatē humanā in res diuinas cōferamus. Ad summū aut, hoc pacto amorem intēsum & ardentem erga diuinitatē concipiamus, qui unus pter cætera id efficit magis, ut oīm gratiarū capaces simus, propterea palmas tendimus, brachia expandimus, genua flectimus, stantes oramus, iussi quoque uacā triennem capram trimam, turturē, columbā, per medium diuidimus, arietē in uepribus hærentē cornibus gladio occidentes, igne cremamus, Thau sup postes ædium sanguine notamus, Serpētē æneum aspiciamus, Cherubim & alias imagines figuramus. Verba cōposita loqmur atque uouemus, Sanctuariū struimus, Pontificē tam uario & admirando indutū ornatu attoniti respiciamus. Vniuersa hæc & similia propter nos ipsos fiunt, ut nos moueant, nos incitent, nos auertant, nos conuertant, a uisibilibus scilicet ad inuisibilia, fidem augeant, spem cōfirment, & uerā inter nos charitatē deo gratissimam diligenti Anacephalēosi in diuinorū amorē transferant. Dogmata hæc oīa Cabalistarū sunt, qut liber tertius pplexorum Moyli ægyptiī attestat sic dicūt

**שְׁבוּצַת הָעֲבוֹדוֹת הַהֵם זְכוּרֵי הַשֵּׁם  
הַמִּדְוִירָתוֹ וְהָאֲהַבְתּוֹ וְשִׁמְרַת הַמִּצְוֹת כְּוֹל  
וְשִׂיאֵמִין בְּשֵׁם יְהוָה שֶׁהוּא חֲבֵרָתִי לְכֹל**

.i. q. intentio cerimoniarū eiusmodi est, memoria dei frequens & timor eius, & amor eius, & obseruantia mandatorū oīm, & q. credatur in deum altissimū, id qd necessariū est unicuique. Nimirū graui nos mole corpis oppressi ualde qdem egemus ad somnolēti animi excitationē cōmouentibus, ut generosus equus itinere iam longo fatigatus cum classicū psonu it in robur erigitur, stare loco nescit, micat auribus, & elephantus legnicie torpescens, igne ostenso resurgit in audaciā, ita rebus secularibus eneruata uirtus nostra, externis & corporalibus incitabilis siue uocū seu figurarum indiget, ut animi nostri uigor spiritali operi robustius instet, & contēplatio nostra tanto acrius in sublime prouehat, q̄to magis attoniti antea obstupuerimus. In hanc utilitatē clementes angeli sæpe figuras characteras formas & uoces inuenerunt, proposueruntque nobis mortalibus & ignotas & stupendas, nullius rei iuxta consuetū linguæ usum significatiuas, sed per rationis nostræ summā admirationē in assiduā intelligibiliū puestigationem, deinde in illorū ipsorū uenerationē & amorē inductiuas, non em̄ secūdū institutū aut placitū hoīs significāt sed ad placitū dei. Vnde ad uos illud a nobis transtulit doctissimus uestra ætate atque secta Mirandulanus

Comes q̄d in nongentis conclusionibus ait, Non significatiuæ uoces plus possunt in magia q̄ significatiuæ, quolibet em̄ uox uirtutē habet in magia in q̄tum dei uoce format, quia illud in q̄ primū magicā exercet natura, uox est dei, hec Picus. Tum Philolaus. Soporatos & stertentes, inqt, nos hoies maiori mouerēt excitatiōe huiuscemodi noīa, si plures sensus & non unū solū mouerent ut non modo nostris obtutibus per figuras & characteres apparerēt, uerum etiā articulata uoce aures simul nostras pulsarent. Quare plurimum opto si fieri possit ista non solū picta uideri, sed dicta q̄q̄ audire. Tum Simon. Valde segnes, inquit, putandi sunt mea sentētia, ac si cū tua uenia dici liceat ualde q̄dem hebetes q̄ extraneo motu egent, quanq̄ ita sumus nati ut semp̄ aliud magis aliū afficiat, & non idem om̄es pariter. Ad hæc assentior tibi Simon doctissime uera dicēti Marranus ait, hoc em̄ & nostri affirmant, angelos hoibus apparere aliter atq̄ aliter pro conditione ac natura uidentis. De q̄ Chrylostomus sup̄ Matthæū late ut om̄ia tandem his uerbis de Ioseph scribit, *κατ' ὄναρ φαίνετ' ὁ ἄγγελος. κ̄ ὅτι π̄ μὴ φασκεῖσθαι καθὼς τοῖς πιμίσι καὶ τῷ Ζαχαρίᾳ καὶ τῷ Πέδινω. σφόδρα πιστὸς ἦν ὁ ἀνὴρ. καὶ οὐκ ἔλεγετο τῆς ὁμιλίας ταύτης.* i. Per somnium apparet angelus & quare nō manifeste, quemadmodū pastoribus & Zachariæ & uirgini. Vehementer credulus erat ille uir, & non egebat uisione ista. Cui Simon rursus. Et id tu recte q̄dem, ac haud aliter Cabalistsæ sentiunt dicentes, q̄ uirtus uisua in Abrahā fortior erat q̄ in Lot, iccirco Abrahæ apparuerunt uiri, & Lot angeli. Sed de his alio forte loco. Nunc q̄d ad nostram attinet causam, magna ut p̄notis est hoīm diuersitas. Quidā satis grati & ea sorte cōtēti sunt angelos in forma humana uidisse, alii in forma ignis, alii in forma uenti ac aeris, alii in forma fluuii & aquæ, alii in forma uolucrū, alii in forma gemmarum aut mineræ, aut p̄ciosorum lapidū, alii in energia prophetie, alii in spiritu q̄dam habitante intra se, alii in literarū & characterū figura, alii in sonitu uocis, & sic de pluribus uisionū speciebus, in sacra scriptura dephēsis, uobis aut̄ dum hi characteres septuaginta noīm nequaq̄ satisfacere uidebuntur, demonstrabo recta uia, non tm̄ in characteribus cōmemoratis uerum etiā post ea cōmemorandis, q̄nam modo ex effigie literarū dictio fiat q̄ possit articulate pronunciari. Eius artis deū ipsum habemus autorē Legimus nanq̄ in xxiii. Exodi. Ecce ego mitto angelū meum ante te ad custodiendum te in uia, & ad ducendū te in locū quē destinauī, Sis cautus a conspectu eius, & audi uocē eius ne exacerbaueris eū, q̄a non ignoscet sceleribus uestris, qm̄ nomen meum est in illo. Per q̄d cognoscimus nomen angeli optimo ritu cōphendere nomē dei q̄nq̄ debere. Ideoq̄ Cabalei cum angeli cuiusuis nomen significatiue pronunciare nequerint, subsidio alicuius noīs dei q̄d illi adiungūt, totū simul proferre consueuerunt. Sicut em̄ tris hos characteres מִיךְ aut אַבְרָהָם uel אֱלֹהִים ad significādū angeli nomē improprie uidet usurpari, nisi addatur nomē dei El, ut Michael

## DE ARTE CABALISTICA

Gabriel Raphael. Ita ipsi quæ in aliis angelicis nominibus sacram scripturam conantes imitari dicunt Raziël. Iophiël. Zadkiël. Peliël. Malthiël. Vriël, & simili more cætera. Quin uero ut Romani deum suum capitolinum nominant Optimum Maximum, propter beneficia optimum, propter uim maximum. Ciceronis testimonio in oratione ad pontifices pro domo sua. Sic Iudæorum natio deum suum propter beneficia uocat lah, & propter uim ac uirtutem appellat El. Ita enim Cabalistæ super David regis sermo, ne cum ait Si iniquitates obseruaueris, lah, domine quæ sustinebit dicunt **יה שהוא עולם** : **הרמ"ם ארני שהוא עולם** חר"ן. i. lah, quæ sit seculum clementiæ, Adonai quæ sit seculum seueritatis, ut in Portæ lucis cap. viii. De El autem ita legitis Numeri xvi. Fortissime El deus spirituum omnium carnis, num uno peccante contra omnes ira tua defæuiet. Optimus igitur nobis deus est, quæ clementissimus, & maximus quæ fortissimus, quod duo hæc nomina diuina representant lah & El, quorum alterum si quæto cuius septuaginta duorum nominum coniunxeritis, nimirum insigne uocabulum oxytonon efficietis. Hoc certe modo semper pronunciando, ut dictiones fiant trissyllabice ac aspirationes per singularem hanc notam scriptæ .h. flatu forti tanquam duplici spiritu latinæ literæ .h. ex imo pectore prodeant, & ubique lah unice per consonantem pronuncietur. Similiter & El. nam utraq; harum dictio etiam in compositione nominum monosyllabice profertur, & in eandem accentus cadit. Sunt itaque lxxii. nomina sacra, quæ unum Semhamaphores. i. sanctissimi Tetragrammati nomen expositoryum de per inuocationes angelorum ab hominibus deo deditis, deuotisque cum timore ac tremore sic enuncianda. Vehuiah. Ieliel. Sitaël. Elemiah. Mahasiah. Ielahel. Achaiah. Cahethel. Haziël. Aladiah. Lauiah. Hahaiah. Iezael. Mebahel. Hariel. Hakamiah. Louiah. Caliel. Leuuiah. Pahaliah. Nelchael. Ieiaiel. Melahel. haiuiah. Nithahiah. Haaiah. Ierathel. Sçehiah. Reiaiel. Omael. Lecabel. Vafariah. Iehuiah. Lehabiah. Chauakiah. Manadel. Aniel. haamiah. Rehael. Ieiazel. Hahahel. Michael. Veualiah. Ielahiah. Sealiah. Ariel. Afaliah. Mihael. Vehuel. Daniel. Hahasiah. Imamiah. Nanael. Nithael. Mebahiah. Poiel. Nemamiah. Ieiael. Harahel. Mizrael. Vmabel. Iahhael. Anauel. Mebiel. Damabiah. Mauakel. Eiael. habuiah. Roehel. Iabamiah. Haiaiel. Mumiah. Præsto iam sunt ad manum uiri optimi cum quibus non modo ab imi pectoris penetralibus clandestina colloquia mussare, uerum etiam expressas quoque uoces miscere & quemlibet symbolico suo nomine inuocare queatis, quæquæ singularum regionum præsides tamen nihil non comunicatum habentes. Tætsi enim in mundo supercoelesti habitant, at ista nihilominus inferiora curant. Si enim hoc influentis naturalibus contingit ut in caelis commorentur, & simul terrena gubernent, multo magis uirtutibus nobilioribus, tenuioribus & simplicioribus mundi superioris, eiuscemodi magistratus pariter sunt concessi, ut penetrent nostra, & a nostris uicissim penetrantur. Ad id utar Plotini uestri assertionem in libro de Intellectu & Ideis

R

& ente q ait. Mūdus iste sensibilis uno tm̄ loco determinat̄. Mūdus aut̄ intelligibilis est ubiq̄, p̄inde ac si dicat̄ ille hūc nostrū & ambiat & ordiet & cōseruet & penetret. Aīaduertite aut̄ qd admiratiōe dignū cabalistarū sapientes huc afferāt inq̄entes ita **אין לך כל עשב ועשב מלמטה שאין לו מזל ברקיע שמכה אותו ואומר לו גרל**. Non est tibi ulla herba aut planta inferius, cui non sit stella in firmamento q̄ percutiat eam & dicat ei. Cresce. In eā iuerunt ipsi sentētiā sacris literis muniti ut legit̄ in Iob cap. xxxviii. Num nosti leges cœlorū si posueris p̄fectū seu p̄sidē uel executorē eius in terra. Nō itaq̄ uos retrahāt orbis terrarū tantę sollicitudines ac rerū inferiorū cure q̄b̄ sup̄ranoiati angeli disp̄satiōe creatoris sunt destinati, q̄min⁹ illos etiā in nouem choros sup̄cœlestium hierarchiarū referatis. Cum em̄ angelus sit alteritas, secut̄ deus identitas, prima uero alteritas sit binarius, recte op̄inabimur q̄ ex binariū multiplicatione numerus angelorū oriatur. Multiplicatio autē binariū cubica sic fit, bis bini bis, & erunt octo primus cubus, Octonos uero q̄sq̄ angelos in nouem choros si distribuueritis, erunt septuaginta duo, tot em̄ sūt nouies octo. Redite nunci si uultis per choros ad cubum, p̄ cubum ad Tetractyn uestrā, quā nos tetragrammatō, Romani quaternitudinē appellant ab ea ad binariū, angelicā naturā significantem, & ide ad unitatē Deū Opt. Max. & experiemini certe si nostrū studiū ad angelos applicuerimus, q̄ etiam p̄ angelos deo iungamur Tetragrammatō ineffabili Iod. he. uau. he. in q̄ primum resplendet angelorū istorū nobilissima natura. Nam si ex quatuor illis literis **יהוה** quater Iod posueritis sicq̄ descendendo ter he. bis uau. semel he. mox uobis surget septuaginta duorū sūma, expositoria noīs dei inenarrabilis & incomphēsilis ad q̄d oīa sacra noīa referūt, q̄r̄ ingens copia est, singula tm̄ appellatiua sunt, hoc solum dei propriū est & appropriatū quare **מיוהר** cognoīatur. Hac aut̄ septuaginta duo dicunt̄ unū nomen symbolicū, eo q̄ intentio illorū sit unum Deum Opt. Max. significare licet p̄ multas & uarias rōnes angelorum, quomodo notam⁹ principē p̄ aulicos & impatorē p̄ exercitum. Et ea sane uenerant atq̄ colunt Magistri Cabalæ plurimū q̄bus deuoti hoīes miranda opantur & mirabiliora q̄ eloqui mihi phas sit, ego tm̄ uirum doctissimū in hac causa testem citabo Racanat in cōmentariis Exodi xiiii. q̄ hos characteras & has literas affirmat esse **אותיות פורחות למעלה בעיקר המרבבה והם ממונים לעשות כל דבר בהם ופעולותיהם ידועים למקובלים**. i. Characteres uolantes sup̄ne in fundamento sapientiæ spiritualis & sūt administratorii spiritus seu p̄fecti ad faciendū oēm rem p̄ eos, & opatiōes eorum sunt notæ Cabalistic, hucusq̄ Rabi Mnahem Racanat, Et secundū

Rabi Akiba procedūt de throno gloriae dei, Sed ne quis uana supstitiōe ductus putet ab angelis omnia humanę mortalitati cœlitus conferri ac nō poti⁹ per angelos ab ipsa dei maiestate oīa fieri e iam in angelis, ut in Daniele Nabuchadnezer chaldaice testat̄ **וכמציביה עבר בחיל** i. Et secundū uoluntatē suam facit in exercitu cœli & habitatoribus terræ. Ideo receperūt Cabalæi de libro psalorum pias orōnes ad deum septuaginta duobus uersibus habendas, q̄rum unusquisq; nomen Tetragrammaton cū noīe angeli ex lxxii. cōtinet, uno haud ab re excepto q̄ principium Geneleos indicat, eleuant aut̄ q̄tum fieri potest aīos suos istis uersibus ad deum, fortiter ascendendo de angelo ad angelum. Et semp̄ inter laudes dei tot & tantas ab altera ad alterā in sublimē tēdendo. Ad illud eos iuuāt angeli, ut relicta seculari sollicitudine pro captu suo uehant̄ in deū, ceu leuissima pluma tenuissimi spiritus adiuuētō ad sublimia cœlestiaq; sustollit̄. Videte & audite orōnem uersuum cū tetragrammato & angelis, utrūq; em̄ uobis tā digito q̄ uoce monstrabo sic.

**וְאֵתָהּ יְהוָה מִגּוֹן בְּעָרֵי כְבוֹדֵי וּמְרִים רֵאשִׁי  
וְאֵתָהּ יְהוָה אֵל תְּרַחֵק אֵיילוֹתַי לְעוֹרְתֵי חוֹשֶׁה  
אוֹמֵר לִיהוָה מַחְסֵי וּמִצִּדּוֹתַי אֱלֹהֵי אֲבֹטָח בּוֹ  
שׁוֹבֵה יְהוָה הִלְצָה גַפְשִׁי חוֹשֵׁעַנִי לְמַעַן חֲסֹדְךָ  
דַּדְשֵׁתִי אֵת יְהוָה וְעַנְנֵי מַבַּל מִגּוֹרוֹתַי הִצִּילָנִי  
זָמְרוּ לִיהוָה יוֹשֵׁב צִיּוֹן הִגִּידוּ בְעַמִּים עֲלִילוֹתַי  
רַחוּם וְחַנּוּן יְהוָה אֲרֹךְ אֲפִים וְרַב חֲסֹד  
בָּאוּ גִשְׁתַּחֲוִיָּה וּנְכַרְעָה גְבֻרָתָהּ לִפְנֵי יְהוָה עוֹשֵׂה  
זְכוֹר רַחֲמֶיךָ יְהוָה וְחֲסֹדֶיךָ בִּי מֵעוֹלָם הֵמָּה  
יְהִי חֲסֹדְךָ יְהוָה עֲלֵינוּ כִּי אֲשֶׁר יִחַלְנוּ לָךְ  
חַי יְהוָה צוּרֵי וִירוֹם אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל  
לְמַעַן יִחַזַּק תַּעֲמוּךְ בְּרַחוּם תַּעֲלִים לַעֲתוֹת בְּצַרָּה  
הִרְיֵעוּ לִיהוָה כָּל הָאָרֶץ פִּצְחוּ וּרְנְנוּ וּזְמְרוּ  
וַיְהִי יְהוָה מִשְׁגָּב לָרֶךְ מִשְׁגָּב לַעֲתוֹת בְּצַרָּה  
וַיְהִי יְהוָה לִי לְמִשְׁגָּב וְאֱלֹהֵי לְצַנֵּךְ מַחְסֵי  
יְהוָה אֱלֹהֵי יִשׁוּעָתִי בְיוֹם צַעֲקָתִי בְלִילָה גֹדֵד  
יְהוָה אֲרִנְנוּ מֵהָ אֲרִיר שְׂמֵד בְּכָל הָאָרֶץ  
שִׁפְטֵנִי בְצַדִּיקָתְךָ יְהוָה אֱלֹהֵי וְאֵל יִשְׁמְחוּ לִי  
קוֹה קוֹיֵתִי יְהוָה וַיֵּט אֵלַי וַיִּשְׁמַע שׁוֹעֲתִי  
וּבִשְׁם יְהוָה אֲקִרָא אֲנִי יְהוָה מִלְטָה גַפְשִׁי**

ואני עליך בטחתי יהוה אמרתי אלהי אתה  
 יהוה שמרד יהוה צילך על יד ימינך  
 יהוה ישמור צאתך ובואך מעתה ועד עולם  
 רוצה יהוה את יראיו ואת המיחלים להסדו  
 אודה יהוה בכל לבי אספרה כל נפלאותיך  
 קראתי בכל לב עגני יהוה הקיד אצרה  
 הלצני יהוה מאדם רע מאיש המסים הנצרני  
 אלהים אל תרחק ממני אלהי לעזרתי הושה  
 הנני אלהים עוזר לי יהוה בסמכי נפשי  
 כי אתה תקותי יהוה ארני מבטחי מצעורי  
 אבא בגבורות יהוה אלהים אוכיר צדקתך לברו  
 כי ישר דבר יהוה וכל מעשיהו באמונה  
 יהוה יודע מהשבות אדם כי המה הבל  
 יהל ישראל אל יהוה מעתה ועד עולם  
 אהבתי כי ישמע יהוה את קולי תחנוני  
 יהוה אהבתי מעון ביתיך ומקום משכן כבודך  
 יהוה אלהים צבאות השיבנו האר פניך ונושעה  
 כי אתה יהוה מחסי עליון שמת מעונך  
 שמע יהוה ותנוני יהוה היה עוזר לי  
 למה יהוה תוצת נפשי תסתיר פניך ממני  
 יהוה הצילה נפשי משפת שקר מלשוני רמיה  
 יהוה ישמרד מכל רע וישמר את נפשיך  
 ואני אליך יהוה שועתי ובבקר תפלתך תקדמך  
 צדבות פי רצה נא יהוה משפטך למרני  
 אם אמרתי מטה רגלי חסדך יהוה יסערני  
 טוב יחנה לבל ורחמיו על כל מעשיו  
 מה גדלו מעשיך יהוה מאר עמקו מתשבותיך  
 חודיע יהוה ישועתו לעיני הגוים גלה צדקתו  
 גדול יהוה ומחלל מאר ולגדלתו אין חקר  
 חנון ורחום יהוה ארך אפים וגדול חסד  
 יהי כבוד יהוה לעולם ישמת יהוה במעשיו

אודה יהוה בצדקו ואזמרה שם יהוה עליון  
ידעתי יהוה כי צדק משפטיך ואמונה עניתי  
יהוה בשמים הבין כסאו ומלכותו בכל משלה  
ועתה יהוה לעולם תשב כסאך לדור ודור  
סומד יהוה לכל הצופלים וזוקת לכל הכפופים  
יראי יהוה בטחו ביהוה עזרם ומגינם הוא  
ונפשי גבהלה מאד ואתה יהוה עד מתי  
ממזרה שמש עד מבאו מהולל שם יהוה  
צדיק יהוה בכל דרכיו וחסיד בכל מעשיו  
יהי שם יהוה מבורך מעתה ועד עולם  
ראה כי פקודיך אהבתי יהוה כחסדך חייני  
עברו את יהוה בשמחה בואו לפניו ברננה  
הנה עין יהוה אל יראיו למיהלים לחסדו  
שובה יהוה עד מתי והצתם על עבדיך  
אל תעובני יהוה אלהי אל תרחק ממני  
והתענג על יהוה ויתן לך משאלות לבך  
חודו ליהוה כי טוב כי לעולם חסדו  
יהוה מצת חלקי נכוסי אתה תומד גורלי  
בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ  
אודה יהוה מאד בפני ובתוד רבים אהללנו  
שובי נפשי למנוחיי כי יהוה גמל עליי כי

Ostendi iam uobis optimi uiri qualibet in linea nomen esse Tetragrāma  
ton, & tris literas angeli uel recto uel transuerso ut fieri solet positas ordi  
ne de tribus uersibus Exodi xiiii. **ויט וייסע ויבא ויט** tamen Roma  
ni haecenus non sunt integre interpretati. Psalmodian autem latini sic le  
gūt ut ante forsitan uel ī Capnione de Verbo Mirifico uidere potuistis.  
Et tu domine susceptor meus es gloria mea & exaltans caput meum  
Et tu dñe ne elōgaueris auxiliū tuum a me ad defensionem meā cōspice  
Dicam dño susceptor meus es tu, & refugiū meū deus meus sperabo in eū  
Conuertere dñe & eripe aīam meā saluū me fac ppter misericordiā tuā  
Exq̄siui dñm & exaudiuit me, & ex oībus tribulatiōibus meis eripuit me  
Psallite domino qui habitat in sion adnunciate inter gentes studia eius  
Miserator & misericors dominus longanimis & multum misericors  
Venite adoremus & procidamus & benedicamus ante dñm qui fecit nos



Reminiscere miserationū tuarū dñe, et misericordiarū tuarū q̄ a seculo sūt  
 Fiat misericordia tua domine sup nos, quemadmodum sperauimus in te.  
 Viuit dominus & benedictus deus meus, & exaltetur deus salutis meæ.  
 Vt quid dñe recessisti longe despicias in opportunitatibus in tribulatione.  
 Iubilate domino omnis terra, cantate & exultate & psallite.  
 Et factus est dñs refugiū paup̄i, adiutor in opportunitatib⁹ i tribulatione.  
 Et factus est mihi dñs in refugium & deus meus in adiutorium spei meæ.  
 Domine deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te.  
 Dñe dominus noster q̄ admirabile est nomen tuum in uniuersa terra.  
 Iudica me secundū iusticiā tuā dñe deus meus & non supergaudeāt mihi.  
 Expectans expectaui dominum & intendit mihi.  
 Et nomen domini inuocabo, o domine libera animam meam.  
 Ego autem in te speraui, dixi deus meus es tu.  
 Dñs custodit te, dominus protectio tua, super manum dexteram tuam.  
 Dñs custodiet introitum tuum & exitū tuum ex nunc & usq; in seculum.  
 Bñplacitū est dño sup timentes eū, & in eis q̄ sperāt sup misericordia eius.  
 Confitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo oīa mirabilia tua.  
 Clamaui in toto corde, exaudi me domine, iustificationes tuas requiram.  
 Eripe me domine ab homine malo, a uiro iniquo eripe me.  
 Deus ne elongeris a me, deus meus in auxilium meum respice.  
 Ecce deus adiuuat me, & dominus susceptor est animæ meæ.  
 Quoniam tu es patientia mea domine, dñe spes mea a iuuentute mea.  
 Introibo in potentias domini, deus memorabor iusticiæ tuæ solius.  
 Quia rectum est uerbum domini, & omnia opera eius in fide.  
 Dominus scit cogitationes hominum quoniam uanæ sunt.  
 Speret Israel in domino ex hoc nunc & usq; in seculum.  
 Dilexi quoniam exaudiet dominus uocem orationis meæ.  
 Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis tuæ.  
 Dñe deus uirtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erim⁹.  
 Quoniam tu es domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum.  
 Audiuit dominus & misertus est mei, dominus factus est adiutor meus.  
 Vt quid domine repellis animam meam auertis faciem tuam a me.  
 Domine libera animam meam a labiis iniquis & a lingua dolosa.  
 Dominus custodiet te ab omni malo & custodiet animam tuam.  
 Et ego ad te domine clamaui & mane oratio mea præueniet te.  
 Voluntaria oris mei beneplacita fac domine & iudicia tua doce me.  
 Si dicebam motus est pes meus, misericordia tua domine adiuuabit me.  
 Suauis dominus uniuersis & miserationes eius super omnia opera eius.  
 Q̄ magnificata sunt op̄a tua dñe nimis profundę sunt cogitationes tuæ.  
 Notum fecit dñs salutare tuū, in conspectu gentium reuelauit iusticiā suā.

DE ARTE CABALISTICA

Magnus dominus & laudabilis nimis & magnitudinis eius non est finis.  
 Misericors & misericors dominus patiens & multum misericors.  
 Sit gloria domini in seculum, laetabitur dominus in operibus suis.  
 Confitebor domino secundum iusticiam eius, & psallam nomini domini altissimi.  
 Cognoui domine quia aequitas iudicia tua, & in ueritate tua humiliasti me.  
 Dominus in caelo parauit sedem suam, & regnum suum omnibus dominabitur.  
 Tu autem domine in eternum permanes, & memoriale tuum in generatione & generatione.  
 Alleuat dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos.  
 Qui timent dominum sperauerunt in domino, adiutor eorum & protector eorum est.  
 Et anima mea turbata est ualde, sed tu domine usque quo.  
 Ab ortu solis usque ad occasum, laudabile nomen domini.  
 Iustus dominus in omnibus uis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.  
 Sit nomen domini benedictum, ex hoc nunc & usque in seculum.  
 Vide quoniam mandata tua dilexi domine, secundum misericordiam tuam uiuifica me.  
 Seruite domino in laetitia, introite in conspectu eius in exultatione.  
 Ecce oculi domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.  
 Conuertere domine usque quo, & deprecabilis esto super seruos tuos.  
 Ne derelinquas me domine deus meus, ne discesseris a me.  
 Delectare in domino & dabit tibi petitiones cordis tui.  
 Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in aeternum misericordia eius.  
 Dominus pars hereditatis meae et calicis mei, tu es qui restitues hereditatem meam mihi.  
 In principio creauit deus caelum & terram.  
 Confitebor domino nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum.  
 Conuertere anima mea in requiem tuam, quoniam dominus benefecit tibi.

**T** Tum Marranus. Adeo ne inquit te una in re tantopere laborantem patimur expaciari, quod ad artem ipsam si qua est Cabalae toto desiderio prope ramus. Et Philolaus. Non est arbitrari una res de qua Simon differuit, sed terque quaterque plures ac multo plurimae. Sabbathum enim sabbathorum quod est requies aetherna & finis Cabalae, post autem quibus gradibus ad eam ascendamus tam portarum prudentiae quam sapientiae semitarum, & de nominibus Tetragrammati expositio ribus angelis & Semhamaphores clara nos uoce instituit. Ad haec Simon. Reliqua si bene recordamini, eadem non nihil de illa digna religione decem numerationum Cabalisticarum promisi & fortasse promisi dicturum me, faciamque per catalogum si me attente audiatis. Tum audimus cupide ambo dixere, quapropter prope incunctanter. Mox Simon ait. Decem numerationes a Cabalaeis עשר ספירות appellatas multi ex nobis multipharia tractant, quodam in arboris modum, alii ad formam hominis, ut saepe mentio fiat de radice, trunko, ramis & corticibus. Saepem uero etiam de capite, humeris, cruribus, pedibus, latere dextro & sinistro. Haec sunt decem diuina nomina quae nos mortales de deo concipimus, uel essentialia, uel personalia, uel notionalia, uel corporalia, & nominantur sic כתר .i. corona,

**הכמה**. i. sapiētia **בינה**. i. prudētia siue itelligētia **חסר**. i. demētia  
 seu bonitas **גבורה**. i. grauitas uel seueritas **תפורה**. i. or. nat<sup>9</sup> **צנה**  
 .i. triūph<sup>9</sup> **הוד**. i. cōfessio laudis **יסוד**. i. fūdamētū **מלכות**. i. regnū  
 Supra coronā uero ponit **אינסוף**. i. infinitudo, & est abyss<sup>9</sup>. Eloquar  
 an sileā, Res est nimirū profundę speculatiōis & q̄ddā pelagus imēsum, in  
 q̄d oīs n̄ra cōtēplatio demergit & demersa q̄ddā hiatu absorbet. An nō me  
 mineritis q̄tū nouicii iā ferme oīm nationū theodidascali dies atq; noctes  
 defudant fere solum in conceptibus attributalibus, quas eorū alii p̄fectio  
 nes in diuinis nominant, alii attributa tum negatiua tum affirmatiua tum  
 absoluta, tum relatiua seu connotatiua, q̄ facile nunc ut arbitror de libro  
 Cabalístico compendii Portæ lucis, quæ Paulus Ricius uir egregie doct<sup>9</sup>  
 quondā ex nostris unus, nunc christiānus ex Rabi q̄dam Castiliensi colle  
 git, & de Isagogis quas scripsit in Cabalā discere potestis. Ea pariter de re  
 magn<sup>9</sup> ille Magister Cabalę Rabi Ioseph filius Carnitolis librū **שערי**  
**צדק**. i. Portarū iusticię conscripsit, & scripsere cōmentatores circa ar  
 borem decē numerationū multi multa, q̄ causam hanc inuolutā euoluūt,  
 & totā fere sacrā scripturā ueterē in has decē numerationes, & per eas in  
 decem ipsa dei noīa, & p̄ ea in unū Tetragrammati nomen, redigunt atq;  
 reducunt, affirmantes q̄ Ensof sit Alpha & O, qui dixit, Ego primus &  
 ego nouissim<sup>9</sup>. Et q̄ **כתר**. i. Corona regni oīm seculorū sit fons sine fun  
 do & **אב הרחמים**. i. misericordiarū pater, cuius mysterium illud  
 est q̄ Ehieh sigillat per Emeth, hoc est essentiā p̄ ueritatem. Sicut nobilis  
 ille dictator ait Eliezer Haklir **אמת הותמו**. i. Emeth est sigillum  
 eius. Probat hoc ratio arithmetica quam imitantes si multiplicauerimus  
 Ehieh p̄ Ehieh surgent quadringenta qua, draginta & unū, q̄ simul sunt  
**אמת** hoc est uerū seu ueritas, sicut **ארי שלום**. i. Dñi pax. Plu  
 ra huc reducunt, ut Aleph magnū, timorē dñi, lucem inaccessibilem, dies  
 æternitatis, ut est illud, Egressus eius ab anterioribus a diebus seculi. Sic  
 scribit isignis Cabalista Tedacus Leui in lib. de decē numerationibus. Ad  
 secundā aut numerationē q̄ est sapiētia referūt hęc, ex attributis aut p̄prie  
 tatib<sup>9</sup>, priogenitura. Ies. i. ens. Lex primitiua. Iod litera prima tetragramati,  
 terra uiuentiū, triginta duæ semitæ, septuaginta legis species, bellum, iudi  
 cium, Amen, liber, sanctū, uoluntas, principium, & alia id genus. Et forte  
 mirū est q̄ secunda numeratio dicatur principiū, legit̄ namq; in Racenat  
 excellēti Cabalę Magistro circa Geneseos initium hoc modo. **ואולי**  
**תשאל שהחכמה היא ספירה השנייה למה**  
**איך ראשית**. i. Et forte quæres, cū sapiētia sit numeratio secu  
 da, quare dicat̄ principiū. Scriptū est em̄ i libro Bahir **איך ראשית**  
**אלה החכמה**. i. Nihil est principiū nisi sapiētia. Cui egdem recte  
 mihi uidear respondere, q̄ infinitudo ipsa trium summarū Cabalisticę ar

boris numerationū quas uos treis in diuinis psonas appellare cōsueuistis absolutissima essentia quum sit in abyssō tenebrarū retracta, & immanēs ociosaq; uel ut aiunt ad nihil respiciēs, iccirco dicitur **אין**. i. nihil siue nō ens ac non finis, hoc est **אין סוף** quia nos tam tenui erga res diuinas ingenii paupertate mulctati de iis q̄ nō apparent haud secus atq; de iis quæ non sunt iudicamus. At ubi se ita ostenderit ut sit aliqd & reuera subsistat tum Aleph tenebrosū in Aleph lucidū cōuertitur, scriptū est eīm, Sicut tenebræ eius ita et lux eius, & appellatur tunc q̄dem Aleph magnū, q̄n exire cupit, & apparere oīm rerū causa per Beth proxime sequentē lite ram De qua sic scribit Mnahem, Rakanat **על כן תמצא האות** licet Beth facientē res oēs, quapropter Aleph eandē uti propinquissimā & & foecūdiorē literā sibi recipit, noīaturq; **אב** pater oīs gñationis & productiōis. Deinde assumptum Beth, rursus ablegat in uniuersitatē entium, ex infinito **אין** finem suum consequi desyderās, quare finalē literā Nun coniungendo Beth generat **בן**. i. filium quæ prima est productio in deitate, ac principiū alteritatis, unde cognōiatur **ראשיה**. i. Principiū, tā & si est secūda emanatio ex infinitudine, hoc est secūda Cabalística numeratio, p̄ quā oīa facta sunt. Scriptū est eīm. Oīa in sapiētia fecisti, hoc modo primus efflux⁹ fit secunda numeratio, q̄a terminus gñationis est filius. Restat tertio mediū inter Aleph & Nun q̄d est Iod, nota sancti noīs **יה** cui⁹ ambos characteras si alternis uicib⁹ noī **בו** intertexueritis erit **בינה** intelligentia prudentia seu prouidentia, scilicet emanatio in diuinis tertia, cui attribuit Adonai, spiritus, aīa, uotū, mysteriū fidei, mater filiorū, rex sedens in throno miserationū. Iobeleus magnus, Sabbathum magnū, fundamētū spiritū, lumē mirificū, dies sup̄ma, q̄nquaginta portę, dies propiciatiōis, uox interior, fluui⁹ egrediēs de paradiso. L̄ra secūda Tetragrāmati, p̄cēnitētia, aquæ profundæ, soror mea, filia patris mei, & alia. Hucusq; notauimus tres numerationes q̄ dicūtur a Cabalīstis, teste Rabi Ishac in cōmentariis libri Ietzira **ספירות העליונות בסא אהר**. i. Tres numerationes summe atq; sup̄mæ sedes una, in qua sedet Sanctus Sanctus dñs deus Sabaoth. Bonitati siue clementiæ q̄ est quarta numeratio, cū diuino noīe El appropriātur etiā hęc, gr̄a, misericordia, brachiū dexterū, inocēs, dies tertiu⁹, ignis cādid⁹, facies leonis, pes prim⁹, Abrahā senex. Oriēs, aquæ superiores, argētū dei, Michael, sacerdos, angel⁹ in specie electri Hasmal, uestes albę, auster, & alia. In q̄nta numeratione seueritatis diuinū nomē est Elohim & applicāt ei timor, pprietas rigoris seu grauitatis, p̄cepta legis negatiua, brachiū sinistrū, ignis egrediēs ab aqs, ut ī libro de creatiōe. Itē dies quart⁹, occidēs, gabriel, Ishac senex, nox, fortitudo, altare aureū, pes secundus, sanctificatio. caligo. Metatrō, aq̄lo spēs fusca.

Sextæ applicat Eloha, speculatio illuminans, lignū uitæ, uoluptas, linea media, lex scripta, sacerdos magn⁹, ortus solis, species purpurea. Et scribit Te dacus Leui q̄ de hoc loco explanant septuaginta nationes in terra, & sigillum eius est Emeth Adonai, & uocatur pax, & forma eius figurat in luna, & mysteriū eius est tertia litera Tetragrammati, & mysteriū hoc Pater noster qui est in coelis, homo supern⁹ seu Adam cœlestis, iudicium, sententia. Michael. Israel senex. Deus Iacob. Ad septimā referunt, Adonai Sabaoth, crus, pes, colūna dextera, rota magna, uisio prophetiæ, Moyses &c. Octauæ conueniunt Elohe Sabaoth. Mysteriū columnæ ac pedis sinistri & Booz, & inde trahitur serpens antiquus, disciplina dñi, ramus, Aharō Cherub, filii regis, molæ molentes & alia. Nonē appropriat Sadai, fundamentum mūdi, sion, fons piscinarū, iustus, deus uiuus. Sabbathū integrum. Medium inter custodi & memento. Dies quinquagesima de Leuiathan, Aries. Ioseph iustus. Salomon. iusticia. robur. lignum scientiæ boni & mali, Fœdus dñi, arcus testimonii, gloria dñi, fundamentum prophetiæ Dauid. Redemptio. Seculum aīarum. Reducunt & ad decimam numerationem. Adonai, regnum, uita, cherub secundus. Speculatio non illuminās. Posteriora. Finis. Ecclesia Israelis, Sponsa in canticis canticorū. Regina cœli. Virgo Israel, Mysterium legis ab ore data. Aquila. Litera quarta Tetragrammati. Regnū domus Dauid. Templū regis, dei ianua, arca fœderis, & due tabulæ in ea. Dominus uniuersæ terræ. Audistis breue rationariū decem proprietatū siue notionū aut attributorū in diuinis, q̄ dicunt a Cabalisticis בלימה quod intelligunt alii בלי .i. absq̄ uel p̄ter, & מה .i. qd ut si diceret decē p̄ter qd, scilicet excepta dei q̄dditate. Vnde inter p̄tari solēt Be limah hoc esse p̄ter id qd est ineffabile, alii ab ipso בלום בליד ולשונו מלדבר .i. coartando seu cōstringendo linguā tuam ne loquaris, tanq̄ uerba sacra q̄ non sint uulgo prodenda. Dicendum nunc esset de angelicis principibus & dæmoniacis p̄fectis q̄s ad latera clementiæ & seueritatis ponunt Cabalisticæ, rem profecto indigentē multiloquio, si non meridiem transgressi ueheremur in uesperū. Quis em̄ paruo in tpe tam magna exponere? Quis triginta quinq̄ principes puritatis, ac septuaginta principes Ismaelis in latere numerationis quartæ tam cito absoluere? Quis item in numeratione quinta grauitatis atq̄ timoris pariter triginta quinq̄ principes reatus, & septuaginta p̄cipes Esau tam obiter & tam p̄functorie posset satis explanare? quæ propria q̄dem uolumina possunt, & certe admodum lata, quare his in p̄sentia intermissis procedamus ad artem. Beatitudo inq̄ cōtemplantissimorū hoīm pro electiore modo a meditatione legis hoc est uiginti quatuor librorū q̄s Bissrim Verba noīamus diurna & nocturna pendere sacris ex literis dephenditur. Scriptū est em̄, beatus uir inter cætera q̄ in lege eius meditabit die ac nocte, nō

## DE ARTE CABALISTICA

qui legat, non q̄ scribat, nō qui loquatur. Sed qui meditetur, ne forte scriptio legis aut lectio q̄n̄q̄ terminata & desinens, etiam beatitudinem cessare ac desinere compellat. Sed is tandē q̄ cogitationes in corde suo illuc cogit, ut dimissis carnalibus, spiritualia legis meditetur, is inq̄ is beat⁹ est, cū corde mundo deum uidebit. Non em̄ tanta erat meo arbitratu diligētia opus ad sacræ scripturæ historias q̄ tā patēt hebræis, q̄ Tit⁹ Liui⁹ latinis. Itē ad mādata & p̄cepta q̄ numerū habent, tū ad religiones & cerimonias q̄ rudi ac indocto etiā uulgo uel sepe nō sine uitio ac peccato pagūt, undē nō mereāt tantā beatitudinē q̄ corporeis sensibus cōstāt, ut ad illa req̄rat tā assidua, tā cōtinua, & tā diligēs meditatio diei atq̄ noctis. Sed longe maior beatitudo in theoriæ gradib⁹ sublimioribus inueniri posse demonstrat q̄ ad legis Cabalisticam intelligentiam usq̄ adeo tendat ut spiritali meditatione mētes n̄ras imbuat, & quasi in similitudinē sui formet. Hanc esse cō

Y

iiicim⁹ legis meditationem q̄ Moyfi post datam in igne legē & fractis iam reparatisq̄ lapideis tabulis tādē ab ore dei tradita est. Primo nanq̄, ut asserunt Cabalæi, deus legem suā in globum igneum conscripsit p̄ ignem fuscum super ignem candidum, ait enim Ramban Gerundensis **שבת**

**לנו בקבלה שהיתה בתובה באש שהורה**

**על גבי אש לבנה** : *i. Q̄z apparet nobis p̄ Cabalā, q̄ fuerit scriptura in igne fusco sup̄ dorsum ignis candidi. Vnde illud extat deuteronomii xxxiii. De dextera eius ignea lex eis. Erantq̄ tū literæ ut aiunt confusæ ac inglomeratæ, quas studiosissimi quicq̄ speculatiue intuētes ac diligēter*

*consyderantes spiritu sancto ducti facile possent hinc & inde suscip̄ decq̄ ul tro citro prorsus rursus eligere legere colligere ac in uerba quælibet formare sententiā in bonis bonam in malis malā significantia. Deo aut̄ Moyses edoctus in ordinē cunctas redigebat populo edendas, ut q̄ legis essent uniuersi scirent & obseruarent, & inde lex in libros distincta & in arcā reposita est, sicut ipse recepit a dño. Artem tñ ordinandi & uariandi literas & sacram scripturā ad mentis eleuationē dulcissime interpretandi a diuina tunc maiestate receptam, ut rem diuinissimā a rudibus inceptibile, uulgo non patefecit. Sed electis tñ Iosue & septuaginta ore ad os tradidit, a quibus postea semp̄ electiores quicq̄ receperunt, & ea receptio, ut ante audi uistis, noīata est Cabala. Non nihil astipulant etiā sapientissimi christiano rum doctores q̄rum plurimos ego quanq̄ ludæus tñ libenter in aliena castra tanq̄ explorator irrepens legi. De nostro enim Moyse Gregori⁹ Nazianzenus ille græcus cognomento magnus theologus in libro de statu episcoporum sic ait. *δέχεται νόμον, τοῖς μὴ πολλοῖς, τὸν τοῦ γραμματος. τοῖς ἡ ὑπὲρ τοῖς πολλοῖς, τὸν τοῦ πνεύματος. i. Accipit legem, ipsis q̄dem multis eam q̄ est literæ, ipsis aut̄ sup̄ multos, eam q̄ est spiritus. Et in libro primo theologie βούλει ὄντα πλάξιν σερραῖς καὶ λιθίνας ἐς γράφειν, καὶ ταύτας ἀμφοτέρωθεν ἀάτε θ̄ φαι**

νόμῳ τῷ πρόμῳ καὶ τὸ κρυπτόμῳ. ὅ μὲν τοῖς πολλοῖς καὶ κάτω μέγιστος, τὸ δὲ τοῖς ὀλίγοις καὶ ἄνω φαίνεται. .i. Vult ita tabulis solidis & lapideis cōscribi & iis altrin secus propter manifestum legis & occultū, illud qdem multis & inferius manentibus, hoc aut paucis & sursum puenientibus. Quibus ē uerbis apparet qbusdam ualde doctis etiam uestris hoībus q̄ Moyses legis textū plebi tradiderit, at mysteria parabolas & symbola ipsi sibi ac pstantiorib⁹ reseruarit. Eam Cabalæ artem in tris uias diuisam fuisse accepimus, Salomonis testimonio q̄ xxii. prouerbiorū ait. Certe scripsi tibi tripliciter consulto & ē sententia ut notificarē tibi rectitudinem eloqorum ueritatis. Sic em̄ gens nra loqui cōsueuit cū habēda est Cabalę mentio ut appellēt eā **על דרך האמת**. .i. eloqa v̄itatis scripta scilicet **אמרי אמת**. .i. Secundū uiam ueritatis qd est Cabalæ. Hic mos fuit ægyptio & Germanidēsi cæterisq̄ creber. Alii uero quinq̄ Cabalæ partes exhibuerūt ut Rab Hamai ī libro **תיקון וצירוח** Speculatiōis quas ita nominat **ומאמר ומכלל וחשבון**. .i. Rectitudo & cōbinatio & oratio & sententia & supputatio. Vester Mirandulanus in nongentis conclusiōibus scripsit his uerbis. Quicqd dicant cæteri Cabalistar, ego prima diuisione scientiam Cabalæ in scientiā Sefhiroth & Semoth. .i. numerorum & noīm tanq̄ in practicam & speculatiuā distinguerē. Sed Rabi Ioseph Bar Abraham Salemitanus & Cabalistarū multo maxima pars sequuntē Salomonem regē, in eo q̄ tripliciter illam posse artem non tm̄ speculari, uerū etiam praticari plane credunt, iuxta triplicē rerum oīm conditionem, numerum figurā & pondus, quippe illa quinq̄ in hæc tria reducetes. Cum em̄ totū negociū sit allegoricū, & aliud pro alio p aliud intelligat, ut ipsa sentētia sit alia pro alia. Dicemus palā, q̄ aut dictio pro dictiōe ponit aut lra p dictiōe, aut lra pro lra. Principio nepe dictio sumit pro dictiōe, uel p trāspōitionē q̄ metathesis nūcupat, uel p numerū æqualem dictiōibus inclufum. Litera ponitur pro dictiōe uel in capite uel in fine uel ubilibet p suppositam notam. Litera ponitur pro litera p alphabeticariā reuolutionem, plane totum, ut oīs tandem proportio compleat arithmetica geometrica & musica. Verbi causa, illud psalmi xxi. Dñe in uirtute tua letabit rex, intelligimus Cabalistiche de Messiha dicentes. Dñe tetragrammate in uirtute tua Messiha rex, subaudiatis uenit uel opatur. Est em̄ Messiha uirtus dei & opatur in uirtute tegrāmati ad id me ducit hæc dictio **ישיה** cui⁹ si literę transponant erit **ישיה**. .i. Messiha. Alio item in loco dominus dixit ad Moysen, qm̄ pcedet te angelus meus. Exodi. xxiii. Ecquis est ille angelus iuxta Cabalistas? dicūt alii q̄ Michael, transponendo em̄ literas **מלאכי** fit Michael, alii accipiētes illum secundū artis Cabalistiche modum, affirmant q̄ sit Metatron, eo q̄ deus aiebat qm̄ est nomen meum in illo. In Metatron aut est nomen Sadaī p numerū æquale utrisq̄ dictio

M iiii

## DE ARTE CABALISTICA

nibus inclusum, quod mirifice amplectitur Gerundensis in loco ante citato. Cernitis iam duas Cabalę symbolicas vias? Qui uultis quę tertio literam uidere pro dictiōe reponi? Legite Isaiam capite lxxv. Bene dicitur in deo Amen. Ecq̄s est iste deus? Cabalistsę respōdebūt q̄ est אֲדֹנָי מְלִךְ אֱמִנִי .i. Dominus rex fidelis, tris em̄ has dictiones per capita, tres lřę אֱמִנִי notabūt, ut scripsit Racanat Exodi xv. Quarta species & tertia Cabalę pars est commutatio literaria, ut dictio certis literis scripta symbolice designet aliam dictionē p̄ alias literas compositā, & fit per alphabetariam reuolutionē iuxta librum creationis Abrahę uariationibus uiginti duabus, secūdū q̄ ibi tot alphabeta legunt. Exemplū p̄bet nobis Mazpaz nomen dei quod literis his quatuor conscribit מַזְפַּז de q̄ Mirandulanus uester sic ait. Nomen dei quatuor literarū quod est ex mem. zade. pe & zade regno Dauidis debet appropriari, cunq̄ illud in sacrę scripturę textu plane non legatur, cuius nam rogo esse symbolū p̄hibebitur? Respondēt Cabalistsę, q̄ sit symbolū atq̄ signaculum Tetragrammati ineffabilis & procedit ex alphabeto ultimo quod est uigesimalimum secūdū libri q̄ noīat Sepher letzira, diciturq̄ Athbas, illic em̄ commutant iod pro mem, & he pro tzade, & uau pro pe, ut sit Mazpaz Adonai lod he uau he. Dixi mō ad artem p̄tinentia q̄ fit uel transuersis uel transpositis uel commutatis dictionibus, syllabis aut literis, secūdū quatuor rōnes quibus scripturarū sensa ingeniose ac artificiose allegorizātur. Nam de iis quę sine arte constāt & sola traditione fiunt Atechna, satis supq̄ uos feci certiores, quanq̄ ante ipsi ambo q̄ uestra professio est haud parum multā de illis cognitionem proprio studio adepti estis q̄ scilicet modo simplicia de compositis & superiora de inferioribus abstrahātur, ac fere oīa in mūdū intelligibilē aut sup̄sumum & incompatibilem referātur. Possunt & pietatis argumenta non nulla sępe nobis legendo sanctas literas in mentē uenire q̄ ad diuinorum admirationē primū, ac etiā tū in amorē eorū nos alliciāt, nectn̄ certa quauis arte tradi queant, ut q̄ Gabriel fortiore sit uirtute q̄ Michael, qm̄ de eo legitur in Daniele duplex uirtus uolando uolans. De Michael aut̄ solū q̄ uenit in adiutoriū, quare inter intelligentias Gabriel philosophice uirtus reputatur intellectus agentis, & Michael uirtus intellectus passibilis. Ita scribit Rabi Leui Ben Gersom q̄ a latinis noīatur Magister Leo de Banolis. Plurimū cōferre mihi uidetur, Philolaus inquit, ad artem Cabalisticam optime Simon id quod tu Atechnon appellas, nisi em̄ habeant in manibus reuelata maiorū q̄ recte quidem sub artem cadere non putas, esset oīs q̄tuncunq̄ temeraria oībus concessa exponendi licētia & uertendi sacrę scripturę q̄sum q̄sq̄ uellet, quēadmodū accepimus uulgarios quōsdam sophistas agere ut hac etate uideantur suis syllogismis illa sanctissima diuini spiritus oracula prope in publicū contemptū adduxisse. Nunc aut̄ qm̄ ad  
reuelata



reuelata sunt (ut arbitror) applicanda uniuerſa, ducitur quedã linea, quã  
 ultra citraq; nequit cõſiſtere rectum, ut q̄ artis ſint, opa peſſimorũ hoĩm  
 non uergant ad inertĩã. Tum Simon. Aperte uera p̄dicas inquit, fere nãq; **C**  
 eſt aliud nihil q̄d plus erranter ad ſenſa cuiuſq; retorqueatur q̄ oracula,  
 tametſi non id ſemp malicia fit, ſed plus ſæpe ignorantia, quis em̄ dedita  
 opera piaculum ĩ ſacra cõmitteret? Ita Saul q̄ndam uerbi ambiguitate de  
 ceptus errauit ab oraculo, cum promiſiſſet deus Exodĩ xvii. **אמחה**  
**את זכר עמלק**. i. Delebo memoriã Amalek, credens ſi mares ab  
 ſtuliffet ſatiſſieri p̄cepto, qm̄ **זכר** maſculũ ſignificaret. Deus aut̄ magis  
 deleri memoriã Amalek per hoc uocabulum **זכר** uoluit q̄d memoriã  
 q̄q; designat. Nondum em̄ erat ſcripturæ diſtinctio p̄ puncta & accentus  
 q̄ ab annis Ezre primũ cœpit. Ergo **זכר** ſine punctis & memoriã & ma  
 ſculum enuncians Sauli occaſionẽ dedit ruinae. Ad hæc Marranus. Contĩ  
 git & Italis & græcis ſimile de uerbo φως q̄d & hoĩem ſignificat & lumen  
 Vnde q̄ndam ſaturnaliorũ cultores amphibologia decepti hoĩem aliquẽ  
 q̄tannis Saturno immolarunt, cum æque ſacrificiũ illud iuxta oraculũ ac  
 cenſis luminibus fieri potuiſſet ut placareĩ Saturnus. Sic em̄ gens illa tam  
 ſtulta poſtremum Hercule magiſtro reſipuit. Et miſerandũ eſt etiã ætate  
 noſtra q̄tum ſtolidi hoĩes & ſupbi quidam ſophiſtæ imperitia linguarum  
 errent, q̄d eſſet tñ ferendum, niſi ſe non erraſſe contenderent, & mōſtran  
 tibus uiam nõ etiam uſq; ad internecionẽ inuiderent. Sed o noſter dux ar  
 tem Cabaliſticã cui⁹ exordiũ inchoaſti proſequere plenius. Tum Simon, **D**  
 Artem hanc rebus cõſtare tribus inquit, peritiorũ ut diximus opinio eſt.  
 Primũ numerorũ ſupputatione q̄ **גֵּימְטְרִיָּא**. i. Geometria noĩatur,  
 quaſi terreſtriũ characterũ inuicem numeralis dimenſio, q̄ tñ pendeat ab  
 arithmetica illa ob abſtractam ſui ſimplicitatẽ nullis ſenſibus tractabili, &  
 ideo ne nouiciorũ q̄dem artificio rudi ſubiecta. Potius igit̄ nuncupata eſt  
 prima pars Geometria q̄ arithmetica q̄uis utruq; reuera unũ & idem in  
 hac arte ualeat. Deinde tranſmutant̄ q̄nq; ſyllabæ ut ſit & tranſmutata di  
 c̄tio aut conuertitur uerbũ ſimpliciter. Secundo q̄ litera ponitur pro dicti  
 one & appellatur Notariacũ ab apicibus notariorũ, qm̄ ibi quelibet litera  
 in culmine notatur, ut ſit alicuius integri uocabuli ſignum. Tertio cõſiſtit  
 hæc ars in literarũ mutuatione, cum altera pro altera ingenioſe locatur, &  
 appellatur commutatio, q̄ factũ eſt ut Rabi Joſeph Minor Salemitanus li  
 bros de hac arte a ſe conſcriptos Hortũ noĩauerit, id eſt **גַּת** propter  
 ternas huius dictionis literas, quarũ ſingulæ ſingulas portiones artis Ca  
 balifticę designat. Nã gimel ſignificat **גֵּימְטְרִיָּא** Nun **נוֹטְרִיקוֹן**  
 Thau **תְּמוֹרָה** Ut ſint partes toti⁹ artificio hæc **גֵּימְטְרִיָּא**. i. Arith  
 metica **נוֹטְרִיקוֹן**. i. Notariacũ quaſi notatoriũ, & **תְּמוֹרָה**. i. Cõ  
